











L'ANTIQUITÉ EXPLIQUÉE
ET REPRESENTÉE EN FIGURES.
TOME TROISIEME,
Où il eſt parlé des uſages de la vie.
SECONDE PARTIE,
Qui comprend les bains, les mariages, les grands jeux, les pompes, la chaſſe, la pêche, les petits jeux, & les arts.

ANTIQUITAS
EXPLANATIONE ET SCHEMATIBUS ILLUSTRATA.
TOMUS TERTIUS,
In quo omnia ad vitæ uſum pertinentia.
PARS SECUNDA,
Ubi de balneis, de connubiis, de ludis publicis, de pompis, de venatu, & piſcatu, de ludis minoribus, de artibus.

L'ANTIQUITÉ EXPLIQUÉE, ET REPRÉSENTÉE EN FIGURES.

TOME TROISIEME.

SECONDE PARTIE.


Les Bains, les Mariages, les grands & les petits Jeux, les Pompes, la Chasse, la Pêche, les Arts, &c.

Par Dom BERNARD DE MONTFAUCON
Religieux Bénédictin de la Congrégation de S. Maur.



A PARIS,
Chez FLORENTIN DELAULNE, HILAIRE FOUCAULT, MICHEL CLOUSIER, JEAN-GEOFFROY NYON, ETIENNE GANEAU, NICOLAS GOSSELIN,
Et PIERRE-FRANÇOIS GIFFART.

M. DCCXIX.
AVEC PRIVILEGE DU ROY.




LIVRE PREMIER.

Les Bains, les Thermes, les Mariages, les Bagues & les Seaux.

CHAPITRE PREMIER.

I. Bains publics & bains particuliers. II. Difference entre les bains & les thermes. III. Plan des bains ou des thermes de Vallogne. IV. Excellente peinture des anciens bains. V. Histoire de Democlès. VI. Bains de Pise.

I. ES bains étoient des lieux où l'on se lavoit avec de l'eau chaude ou tiede au degré qu'on vouloit. Il y avoit des bains publics & des bains particuliers. On trouve aussi des thermes publiques, qui faisoient un des grands ornemens des villes, & il y avoit encore des thermes particulieres, sinon à la ville; du moins à la campagne. Nous avons vu ci-devant que les Gordiens à leur maison de campagne près de la ville avoient des thermes si magnifiques, que hors de Rome on n'en voioit point de pareilles.

II. La difference que je croi qu'il y avoit entre les bains & les thermes, étoit que les bains n'étoient uniquement que pour se laver; au lieu que dans les thermes, qui étoient des batimens grands & spatieux, il y avoit outre les bains de grands lieux, des espaces non couverts, des salles à manger, d'autres à exercer & à instruire la jeunesse, qu'on appelloit *ephebea*, des lieux pour les jeux, & pour exercer les athletes, & plusieurs autres choses semblables. Le principal usage des thermes étoit pourtant pour les bains.

LIBER PRIMUS,

De balneis, de thermis, de connubiis, de annulis & sigillis.

CAPUT PRIMUM.

I. Balnea publica & privata. II. Discrimen balnea inter & thermas. III. Ichnographia balnei sive thermarum Alaunensium. IV. Pictura eximia balneorum veterum. V. Historia Democlis. VI. Balnea Pisana.

I. BALNEA ædificia erant ubi corpus abluebatur aqua seu calida seu tepida, quo quisque vellet modo. Balnea erant alia publica, alia privata: erant etiam thermæ publicæ quæ magnum præstabant urbibus ornamentum: thermæ quoque privatæ erant, si non in urbe Roma, in villis saltem. Supra diximus Gordianos in villa sua prope Romam thermas habuisse adeo magnificas, ut extra Romam similes nusquam reperirentur.

II. Illud autem puto discriminis fuisse balnea inter & thermas, quod balnea lotioni tantum deputarentur: thermæ vero, quæ perampla erant ædificia, præter balnea, alia loca haberent spatiosa, & ambulacra, insuperque triclinia, gymnasia & ephebea, hisque similia; sed præcipuus thermarum usus ad balnea spectabat.

Pl. CXXII.

III. Ce grand plan que nous donnons ici, a été levé par l'ordre de l'illustre M. Foucault, lorſqu'il étoit Intendant de Normandie: toujours attentif à illuſtrer l'antiquité, il fit fouiller dans des maſures de la ville nommée *Alauna*, qui eſt appellée aujourd'hui *Vallogne*. Non content de nous avoir communiqué ce plan, il nous a encore donné quelques obſervations que firent deux habiles hommes ſur cette découverte; ils conviennent enſemble que c'étoient autrefois des étuves ou des bains; les canaux qui y ont été trouvez en font foi: mais comme toutes ces deſcriptions & ces obſervations ont été faites dans un tems où on n'avoit encore découvert qu'une partie de ces veſtiges, on n'en peut preſque tirer aucun ſecours. Tout ce qu'on peut dire en general, c'eſt que ſuivant les meſures qu'on a marquées, tout ce plan devoit avoir environ quarante-cinq toiſes, ou deux cens ſoixante-dix pieds de long, & que la largeur n'eſt qu'environ la moitié de la longueur. Si l'on vouloit hazarder, on pourroit dire que les trois chambres qu'on voit en enfilade du côté de l'entrée, ſont la chambre froide, la chambre tiede, & la chambre à ſuer, & que les deux chambres rondes étoient pour les bains: mais il faudroit avoir été ſur les lieux pour parler avec quelque probabilité. La grande galerie qui a vingt-cinq toiſes de long, & les autres grandes ſalles pourroient avoir été un *ephebée* ou un lieu d'exercices pour les jeunes garçons; il y avoit des lieux ſemblables dans les grandes thermes de Rome: mais je ſuis fort éloigné de rien garantir de tout ceci.

IV. Rien n'exprime mieux la forme de ces grands bains publics & de toutes leurs parties, qu'une peinture trouvée aux thermes de Tite, que nous repréſentons ici. On y voit premierement l'*hypocauſtum*, une fabrique ſouterraine où l'on allumoit des feux pour échauffer les ſalles de deſſus, auxquelles on donnoit tel & tel degré de chaleur, ſelon l'uſage qu'on en vouloit faire. Le bain, *balneum*, étoit une grande ſalle, qui avoit un baſſin de grandeur extraordinaire, où ſe mettoient ceux qui prenoient les bains. Celui qui paroit ici eſt relevé d'un grand bord, ſur lequel ſe peuvent aſſeoir ceux qui ſe baignent. Dans les thermes d'Antonin, dit Olympiodore, il y avoit mille ſix cens chaiſes de marbre pour ceux qui ſe baignoient. On croit avec beaucoup de fondement que des chaiſes de marbre rouge, qu'on voit à Saint-Jean de Latran, & une autre que j'ai vue au Montcaſſin, étoient deſtinées à cet uſage: elles ſont percées comme des chaiſes percées ordinaires, & cela pour

---

III. Ichnographia perampli cujuſdam ædificii, quam hic proferimus, juſſu illuſtriſſimi D. Foucault tunc in Normannia Ædilis, qui nullam non amplexus eſt antiquitatis illuſtrandæ occaſionem, in ruderibus veteris Alaunæ nunc *Vallogne*, non ſine labore atque impenſa delineata fuit. Neque ſatis habens hæc nobis delineata veſtigia obtuliſſe, obſervationes etiam duorum eruditorum virorum nobis tradidit: qui hac in re ambo conſentiunt hæc ſcilicet balnea ſudationeſve fuiſſe: cujus rei argumentum ſunt canales eodem loco reperti, ſed quia hæ notæ tunc ſcriptæ ſunt, cum nonniſi pars quædam veſtigiorum detecta eſſet, ex his modicam excerpere notitiam licuit. Illud ſolum generatim poſſumus dicere ex appoſita menſura liquidum eſſe ædificium illud ducentorum ſeptuaginta pedum longitudine fuiſſe, latitudine vero centum & triginta quinque, quæ eſt longitudinis pars dimidia: ſi in re obſcura conjicere liceat, forte dicatur tria quæ verſus oſtium viſuntur conclavia ordine poſita, eſſe frigidarium, tepidarium & calidarium aut concameratam ſudationem, duaſque rotundas cellulas labris atque balneis fuiſſe deputatas; ſed ut probabiliter loqui poſſemus, hæc ipſis oculis luſtrata oportuiſſet. Xyſtus magnus qui centum quinquaginta pedum longitudine eſt, aliaque majora conclavia, Ephebeum fortaſſe fuerunt, quale erat in thermis Romanis. Cæterum in his nihil tamquam certum vel admodum probabile proferre auſim.

IV. Nullam hactenus balneorum publicorum imaginem ſinceriorem commodioremque vidimus ea, quæ ex quadam thermarum Titi pictura non ita pridem detecta prodiit. Hic primo viſitur hypocauſtum ſeu camini fornaceſque imum balneorum locum occupantes, ubi ignes calefaciendis ſupernis concamerationibus, quibus tantum caloris indebatur, quantum uſus ſingulorum poſtulabat. Balneum, magnum conclave erat ubi labrum ingens, recipiendis iis qui lavare vellent: quod labrum hic conſpicitur magnam ſuperne oram habet cui inſidere poſſent ii qui corpus abluerent. In thermis Antonini, inquit Olympiodorus, mille ſexcentæ ex polito marmore ſellæ erant in uſum lavantium. Probabiliter exiſtimatur ſellas marmoreas quaſdam Lateranenſes ex marmore rubro, perforatas, aliamque quam in monte Caſino prorſus ſimilem conſpexi, huic fuiſſe uſui deſtinatas: foramen autem illud magnum in ſedili excavatum la-

la commodité de ceux qui ſe baignoient. Les deux grandes cuves qui ſont dans la place du Palais Farneſe à Rome étoient deſtinées à cet uſage. La ſalle d'après qui s'appelle *concamerata ſudatio*, étoit un lieu vouté deſtiné à faire ſuer par la chaleur du feu allumé par deſſous, comme l'on voit ſur la figure. Le *laconicum* qui, ſelon Vitruve, avec la ſalle où l'on ſuoit doit être joint au *tepidarium*, eſt ici repréſenté comme une eſpece de fourneau qui donnoit la chaleur pour ſuer: on l'appelloit *laconicum*, parceque l'uſage en étoit venu de la Laconie. On diſpute ſur ce *laconicum*; les uns prétendent que c'étoit la même choſe que le *tepidarium*, dont nous allons parler: les autres le diſtinguent du *tepidarium*, fondez ſur le paſſage de Vitruve, qui dit qu'il faut joindre le *laconicum* à la chambre à ſuer, & au *tepidarium*, qui eſt la chambre tiede. Il diſtingue là clairement ces trois choſes: ſi les noms écrits ſur ces beaux bains tirez des anciennes peintures des thermes de Tite, ſe trouvent là de même, cela décide la queſtion; car le mot *laconicum* y eſt écrit ſous une eſpece de fourneau. Derriere la chambre ou la ſalle à ſuer eſt le *tepidarium* ou la chambre tiede, où l'air étoit temperé entre le chaud & le froid. La chambre tiede étoit joignant la chambre fraîche qu'on appelloit *frigidarium*, & que pluſieurs croient être la même que Ciceron appelle *apodyterium*, le lieu où l'on quittoit les habits & où l'on ſe frottoit. Ainſi l'on entroit au bain par degrez, & l'on en ſortoit de même, de peur que paſſant d'une extrémité à l'autre, on ne contractât quelque maladie. On entroit d'abord dans la chambre fraîche, où l'on ſe dépouilloit & l'on ſe frottoit le corps: on paſſoit de là à la chambre tiede, où l'on reſtoit quelque tems; & l'on paſſoit enſuite à la chambre à ſuer, où outre les feux ſouterrains il y avoit un *laconicum*, qui paroit ici comme un fourneau de plain pied avec la chambre à ſuer. De la chambre à ſuer on paſſoit aux bains chauds; d'où après avoir été quelque tems dans l'eau, on rentroit dans la chambre à ſuer, & de là dans la chambre tiede, & quelque tems après dans la chambre fraîche. Comme tous ceux qui venoient ſe baigner n'étoient pas d'humeur de paſſer par toutes ces chambres, ni de prendre des bains ſi chauds, il y avoit auſſi des bains dans la chambre tiede pour ceux qui ne vouloient pas paſſer plus avant, & d'autres dans la chambre fraîche pour ceux qui n'en vouloient ni de tiedes ni de chauds. Vopiſque dit que Carin ſe ſervoit de bains froids: ſur les termes dont il ſe ſert Saumaiſe croit que c'étoient des bains tiedes; le paſſage de Vopiſque eſt obſcur.

---


vantium commodo factum eſt. Ingentia illa labra duo quæ in Farnezia Platea Romæ viſuntur, eidem fuerant uſui. Quæ ſequitur concamerata ſudatio, vel ipſo nomine uſum indicat, ſudantibus nempe deputata, quos in ea ſedentes conſpicis. *Laconicum* teſte Vitruvio 5. 10. *Sudationeſque ſunt conjungendæ tepidario*, hic ceu fornax immittendo calori repræſentatur: vocabaturque laconicum, quoniam ejus uſus ex Laconia accitus fuerat. De laconico autem diſputatur; alii pugnant idipſum eſſe quod tepidarium, de quo mox loquuturi ſumus; alii jam allato Vitruvii loco fulti a tepidario jure diſtinguunt. Si nomina ſingulis concamerationibus appoſita in ipſa pictura fuerint, nulla erit hac de re quæſtio: hæc quippe inſcriptio *laconicum* ſuppoſita eſt fornaci. Pone concameratam ſudationem eſt tepidarium, ubi aer tepidus, ut ipſo fertur nomine, medium quaſi tenebat inter calidum frigidumque. Tepidario hærebat frigidarium, idipſum, ut putant, quod a Cicerone ad Quinctum fr. 3. 1. apodyterium vocatur, ubi ſcilicet veſtes deponebantur corpuſque perfricabatur. Sic ad balnea intermediis aliis concamerationibus gradatim deveniebatur; ne ſi ſtatim ex frigidario in calidarium tranſitum eſſet, id valetudini officeret. Statim in frigidarium intrabatur, ubi veſtes deponebantur, corpuſque perfricabatur; hinc ad tepidarium erat tranſitus, unde poſt aliquantum temporis in ſudationem ſeſe intromittebant, quæ concameratio tum a laconico, tum a ſubtus poſitis focis fornacibuſque calorem accipiebat. Ex concamerata ſudatione, in balnea calida tranſitus erat. Inde vero poſt lotionem aliquanto tempore factam, in concameratam ſudationem denuo intrabatur, interpoſitiſque moris iſtinc in tepidarium, ex tepidario in frigidarium regreſſus erat. Quia vero non omnibus ſudationem balneumque illud calidum adire animus erat, in tepidario etiam balnea erant pro iis qui ultra procedere nollent: imo etiam in frigidario balnea iis parata erant, qui nec tepidam nec calidam lotionem expeterent. Vopiſcus in Carino 17. ait eum frigidis uſum balneis eſſe: ſed putat Salmaſius ejus balnea tepida fuiſſe, licet enim frigida fuiſſe commemorentur, aliqua eſt in dictis Vopiſci obſcuritas.


V. Les bains repréſentez ici ſont publics, comme il paroit par la grande quantité de gens qu'on voit dans la baignoire. Il y avoit auſſi des bains particuliers tant à Rome que dans la Grece: dans ces bains étoient des chaudieres de grandeur extraordinaire où l'on faiſoit bouillir l'eau, comme on voit dans une hiſtoire rapportée par Plutarque dans la vie du roi Demetrius. Ce Prince qui avoit d'ailleurs quelques bonnes qualitez, étoit un debauché des plus outrez: s'étant rendu maitre d'Athenes, il remplit toute la ville de ſes debordemens, toujours attentif à debaucher femmes, filles & jeunes garçons. Il y avoit alors dans la ville un jeune garçon de bon lieu, nommé Democlès, d'une ſi grande beauté qu'on ne l'appelloit que le beau Democlès; il étoit encore plus recommandable par ſa vertu & par ſa ſageſſe, que par ſa beauté. Demetrius le fit ſouvent ſolliciter, mais inutilement: il y emploia les promeſſes & les menaces, qui n'eurent d'autre effet que d'obliger Democlès à ſe retirer de tous les lieux publics, des paleſtres, des gymnaſes, & de tous les endroits où il pouvoit être vu. Il ſe baignoit dans un bain particulier; Demetrius en fut averti, & trouva le moien de s'y cacher. Lorſque le jeune garçon y fut tout ſeul, Demetrius ſe montra: alors Democlès ne voiant d'autre moien d'éviter la violence, courut à la grande chaudiere, en ôta le couvercle, ſe jetta dedans, & fut étouffé dans l'eau bouillante.

VI. Derriere la chambre froide ou le *frigidarium* eſt l'*eleothesion*, c'eſt-à-dire la chambre aux parfums, toute pleine de pots, comme une boutique d'Apotiquaire: on prenoit là des parfums & des onguens pour ceux qui vouloient s'oindre & ſe parfumer le corps. Le P. Noris depuis Cardinal a donné la coupe ou le profil interieur de cette partie des anciens bains de Piſe, qu'il appelle le *laconicum*, telle que nous la mettons ici; ce *laconicum* a, dit-il, trente & un palmes & demi de hauteur, & trente-quatre & demi de longueur; le palme fait environ les trois quarts du pied. On remarque ici les niches où les hommes ſe mettoient pour ſuer: au milieu de la voute il y a un grand trou rond comme à la Rotonde, & audeſſous quelques fenêtres.

V. Hæc balnea eſſe publica videntur, ut ex lavantium numero arguitur. Erant quoque balnea privata tum Romæ tum etiam in Græcia. In hiſce balneis caldaria erant immanis magnitudinis, quibus aquam calefaciebant: ut ex hiſtoria quapiam arguitur a Plutarcho allata in vita Demetrii Regis: hic non ſpernendis aliunde ingenii dotibus ornatus, effrenis erat libidinis; Athenarum potitus, totam urbem ſtupris fœdavit, nihil tutum erat ab ejus cupidine: matronas, virgines puerosque corrumpere nitebatur. Erat tunc in urbe adoleſcens honeſte natus, cui nomen Democles, tam eximiæ formæ, ut per totam urbem *formoſus Democles* audiret, virtute atque modeſtia plus, quam pulchritudine commendabilis. Hunc per emiſſarios tentavit Demetrius, ſed fruſtra, pollicitationes minaſque adhibuit, quibus id ſolum conſequutus eſt, ut Democles ſubinde a locis publicis, a palæſtris, & gymnaſiis aliiſque locis, ubi conſpici poſſet, abſtinuerit. Balneum autem quodpiam privatum adibat, quod ut Demetrius reſcivit, in illo ſeſe balneo occultavit. Ubi cum Democlem vidiſſet ſolum nudumque, e latebris egreſſus Democlem adibat, qui ut ſe ſolum ſine ope vidit non alio modo poſſe violentiæ ſe ſubducere, caldarii operculum removit, ſeſeque in ferventem aquam conjecit, ubi exſtinctus eſt.

VI. Pone frigidarium eſt Elæothesion, vaſis unguentariis ordine poſitis plenum: unde unguenta iis ſuppeditabantur qui corpus ungere vellent. P. Noriſius poſtea Cardinalis conſpectum interiorem dedit balnei Piſani, ſeu illius balneorum partis quam ipſe vocat *laconicum*, quamque in hac tabula delineari curavimus. Laconicum iſtud, inquit ille, eſt altitudine palmorum triginta & unius atque dimidii, longitudine vero triginta quatuor palmorum & dimidii. Palmus pede quarta parte minor eſt. Hic loculamenta viſuntur, in queis locabantur ii qui ſudandi cauſa accederent: quid ſi concameratam ſudationem vocemus? In fornicis medio foramen eſt rotundum ut in Pantheo Romano, & ſub eo aliquot feneſtræ.


BAINS
FRIGIDARIVM
TEPIDARIVM
LACONICVM


CXXII. Pl. a la 204. page T. III
oucault
RIGILIS
LABRVM
CAVS
TVM
Raccolta Maffei

CHAPITRE II.

I. Autre bain. II. Jeunes garçons pour frotter ceux qui se baignoient ; histoire à ce sujet. III. Les bains de Metellus. IV. Figure des instrumens qu'on appelloit strigiles. *V. Bain de Poppée.*

I. DANS le premier des deux bains suivans donnez par Boissard on voit celui qui se baigne dans la baignoire avec deux jeunes garçons à ses côtez, qui lui frottent le corps, & lui arrachent le poil avec de certains instrumens qu'on conserve encore aujourd'hui dans les cabinets. L'instrument à frotter s'appelle *strigil* & *strigilis*. PL. CXXIII.

II. C'étoient de jeunes garçons qui frottoient les hommes, comme on voit dans ces deux monumens. L'Empereur Hadrien qui s'alloit baigner dans les bains publics avec le commun du peuple, voiant un jour un veteran qu'il avoit autrefois connu dans les troupes Romaines, qui se frottoit le dos & les autres membres contre le marbre, lui demanda pourquoi il en usoit ainsi : le veteran lui répondit qu'il n'avoit point d'esclave qui le frottât. L'Empereur lui donna des esclaves & de quoi les entretenir. Un autre jour plusieurs vieillards attirez par l'exemple du veteran se frottoient aussi contre les marbres devant l'Empereur, croiant exciter ainsi la liberalité d'Hadrien, qui s'appercevant de leur affectation, leur fit dire qu'ils eussent à se frotter les uns les autres.

III. Les bains de Metellus représentez dans la planche suivante sont remarquables : au haut de la planche on voit la forme exterieure de ces bains & les gens qui y vont entrer : ce sont deux femmes, dont l'une embrasse l'autre, & deux hommes qui vont cotte à cotte. Le bas de la planche représente le dedans des bains, où l'on voit d'abord trois femmes, dont l'une qui est une jeune fille, fait l'office de frotteuse. De l'autre côté un homme est frotté avec une éponge par un jeune garçon ; cet homme tient lui-même le *strigil* dont le garçon doit se servir pour lui frotter & lui racler le corps. Perse parle de ces jeunes garçons qui portoient ces instrumens. Avant que de s'en servir PL. CXXIV.

CAPUT II.

I. Balneum aliud. II. Pueri eos qui lavarent perfricantes : ea de re historia. III. Balnea Metelli. IV. Strigilum forma. V. Poppeæ balnea.

I. BOISSARDUS balneorum duorum imagines protulit, in quarum prima conspicitur is qui in labro sese abluit, cum duobus hinc & inde positis pueris, qui corpus ejus perfricant, & pilos ejus cum volsellis, quæ hodieque in Museis visuntur, evellunt. Instrumentum illud quo corpus perfricabatur, strigil & strigilis dicitur.

II. Qui corpus lavantium perfricabant pueri erant, ut in duobus hisce monumentis videmus. Imperator Hadrianus, inquit Spartianus cap. 17. *Publice frequenter & cum omnibus lavit : ex quo ille locus balnearis innotuit. Nam cum quodam tempore veteranum quemdam notum sibi in militia, dorsum & cæteram partem corporis vidisset atterere, percontatus cur se marmoribus destringendum daret : ubi audivit hoc idcirco fieri quod servum non haberet, & servis eum donavit & sumtibus. Verum alia die cum plures senes ad provocandam liberalitatem principis pariter se attererent, evocari eos jussit, & alium ab alio invicem defricari.*

III. Balnea Metelli in sequente tabula repræsentata conspectu digna sunt : in summa tabula balneorum exterior species conspicitur, necnon quidam balneum adeuntes : duæ mulieres sunt quæ se mutuo amplectuntur, & duo viri pariter euntes. In ima tabula interior balneorum facies conspicitur, tres ibi mulieres conspicimus, quarum ea quæ puella esse videtur alias defricat. Ex altera vero parte vir a puero cum spongia detergitur : qui vir strigilem tenet tradendam puero ut corpus suum perfricet. Persius pueros hujusmodi instrumenta deferentes sic commemorat. Sat. 5.

I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer.

Instrumenta hujusmodi antequam perfricando corpori adhiberentur, oleo aliisve unguentis perunge-

on les frottoit d'huile ou d'autres onguents, comme l'on voit dans Juvenal, Sat. 3.

IV. Des trois instrumens qui sont au cabinet de Sainte-Genevieve, il y en a un de bronze damasquiné d'or, dont l'extrémité est fort proprement ornée d'ivoire. Les pincettes à arracher les poils s'appelloient *volsellæ*. Martial dit qu'il faut arracher le poil avec des pincettes, & sur tout le poil blanc. C'est ce que Jules-Cesar avoit grand soin de faire : il étoit attentif au soin de son corps jusqu'à l'excès ; il vouloit non seulement qu'on y passât les ciseaux & le rasoir, mais aussi qu'on arrachât le poil avec des pincettes.

V. Poppée femme de Neron faisoit toujours conduire avec elle cinq cens ânesses, & se baignoit tout le corps dans leur lait, croiant que ce bain étendoit sa peau. L'opinion de ce tems-là étoit que les bains dans du lait d'ânesse faisoit devenir le cuir blanc.

---

bantur, ut his Juvenalis versibus Sat. 3. ediscimus,

domus intereæ secura patellas,
Jam lavat, & bucca foculum excitat, & sonat unctis
Strigilibus, plano componit lintea gutto.

IV. Ex tribus strigilibus, qui in Museo S. Genovefæ sunt, alius æneus est auro illitus, cujus oræ extremæ ebore concinne exornatæ sunt : volsellæ, ut vocabant, pilis evellendis deputatæ erant ; canos maxime pilos evelle ıdɔs esse a Martialis :

Nec vivat ullus in tuo pilus crure,
Purgentque sæva cana labra volsella.

Id Julius Cæsar summopere curabat, inquit Suetonius 45. *Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter ac raderetur ; sed velleretur etiam.*

V. Poppea Neronis conjux, ait Plinius 11. 41. *Quingentas secum per omnia trahens fœtas, (asinas) balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens.*

CHAPITRE III.

I. Les tuiaux des bains. II. Urne singuliere. III. Les vases & les onguents pour les bains.

Pl. CXXV. I. LE premier tuiau de terre cuite coupé en deux a été donné par M. Baluse, il est tiré des ruines de Tintiniac. Les tuiaux qui viennent ensuite sont du cabinet du College Romain, & ont été donnez par le P. Bonanni : ils servoient à conduire l'eau des thermes qu'on appelloit Alexandrines, du nom d'Alexandre Severe qui les avoit fait bâtir. Ces tuiaux sont de plomb ; l'un porte l'inscription ALEXANDRI AVGVSTI ; le second a MAXIMO ET PATERNO COS. Le Consulat de Maximus & de Paternus est l'an de Jesus-Christ 233. Le P. Bonanni croit que c'est en ce tems-là que ces tuiaux furent mis pour porter l'eau des thermes Alexandrines dans des bains des particuliers. Sur le troisiéme tuiau on lit JULIÆ MAMIÆ (pour MAMÆÆ) MATRIS AUG. N. c'étoit apparemment un tuiau pour conduire l'eau dans les bains particuliers de Mamée mere de l'Empereur Alexandre Severe. Le quatriéme a pour inscrip-


---

CAPUT III.

I. Tubi balneorum. II. Urna singularis. III. Vasa unguentaria & unguenta lavantium usui.

I. TUBUS primus lateritius in tabula sequenti a V. Cl. Stephano Balusio publicatus fuit in historia Tutelensi nuper emissa, exque ruderibus Tintiniaci erutus fuit. Qui sequuntur tubi ex Museo collegii Romani educti, & a R. P. Bonanno publicati sunt : ii in usu erant ad aquas thermarum quas Alexandri Severi auctoris nomine Alexandrinas vocabant. Hi tubi plumbei sunt. Primi inscriptio est ALEXANDRI AUGUSTI ; secundi, MAXIMO ET PATERNO COS. Maximi & Paterni Consulatus cadit in annum Christi 233. Putat Bonannus, illo tempore positos tubos fuisse, qui aquam ex thermis Alexandrinis ad balnea privata deferrent. In tertio tubo legitur JULIÆ MAMIÆ (pro Mamææ) MATRIS AUG. N. erat videlicet tubus qui aquam ad balneum privatum Mamææ

tion


LABRVM
Boussard




BAINS
CXXIV.Pl. a la 206. page T III
GENIO LAVACRORVM METELLI
Boissard
EXCERPTVM EX LIBRO MANVSCRIPTO IVLII ROSCII
Tome III 124

tion ÆLI MAXIMI AUGIORUM LIBERT. peutêtre ſervoit-il au bain particulier de cet affranchi Ælius Maximus. Celui-ci a été trouvé aux thermes d'Antonin Caracalla, auſſi-bien que le tuiau quarré ſuivant, que le P. Bonanni croit avoir ſervi non à conduire l'eau, mais à faire paſſer la vapeur chaude dans les chambres des thermes. Dans les bains de l'ancienne Alaune, dont M. Foucault alors Intendant de Càn fit lever le plan tel que nous l'avons vu ci-devant, il y avoit des tuiaux de terre cuite, à peu près de même forme que ceux-ci.

II. L'urne ſuivante eſt d'une façon ſi ſinguliere, que je ne ſai ſi on en a jamais vu de ſemblable; elle eſt bâtie proprement de briques quarrées longues; elle a quatre pieds de largeur, & pourroit avoir ſervi pour des bains: elle fut trouvée aux maſures de l'ancienne ville de Tintiniac près de Tulle, dit M. Baluſe.

III. Le P. Bonanni donne encore quatre vaſes qu'il croit avoir ſervi aux onguens & aux parfums qui ſervoient après les bains. Nous voions un grand nombre de ces vaſes dans l'*eleothesion* tiré des peintures des thermes de Tite. Ces vaſes contenoient des parfums & des baumes fort differens pour la compoſition, ſelon les differens gouts des perſonnes qui ſe parfumoient. Le *rhodinum* un de ces parfums liquides, étoit compoſé de roſes; le *lirinum* de lis; le *cyprinum* de fleur d'un arbre appellé *cypria*, qu'on croit être le même que la troëne; le baccarin de l'herbe appellée *baccar*, qui porte une fleur de couleur de pourpre, c'eſt la gantelée. Les anciens avoient encore entre les parfums liquides le gleucin, que quelques-uns ont cru avoir été fait de mouſt, à cauſe de l'étymologie du mot grec γλεῦκος, mais que Columelle dit être compoſé de ſimples odoriferantes: le myrrhin ſe compoſoit de myrrhe; il ſe faiſoit encore de l'huile de marjolaine, dite *amaracinum*; de lavande, qui s'appelloit *nardinum*; de fleur de vigne ſauvage, qu'on nommoit *œnanthinum*. Il y avoit encore le *cinnamominum*, dont la compoſition étoit de grande dépenſe; l'huile narciſſin, faite de la fleur de narciſſe; l'irin, fait de l'iris; le balanin, ou l'huile de ben, faite d'une eſpece de gland; le ſerpyllin, fait de ſerpolet; dont ils ſe frottoient les ſourcils, les cheveux, le cou & la tête. Ils ſe frottoient les bras d'huile de ſiſymbre, qui eſt la mente aquatique, & les nerfs de celle de creſſon, de l'amaracin ou de l'huile de marjolaine. Les Thoriciens peuples de l'Attique, ſe frottoient les jambes de parfum d'Egypte, les joues & les

---

deferret. Quarti inſcriptio eſt ÆLI MAXIMI AUGIORUM EIBERT. forte *Auguſtorum*, qui fortaſſe ad balneum hujus Ælii Maximi Liberti aquam ducebat. Hic repertus eſt in thermis Antonini Caracallæ, quemadmodum & ſequens quadratus tubus ſive canalis, quem P. Bonannus non aquæ ſed fumo in themarum cellas tranſvehendo inſerviiſſe putat. In balneis veteris Alaunæ, quorum Illuſtriſſimus D. Foucault ichnographiam delineari curavit, qualem ſupra edidimus, tubi erant fictiles his pene ſimiles.

II. Urna ſequens forma eſt adeo ſingulari, ut neſciam an uſpiam ſimilis viſa fuerit. Ea concinne ex lateribus ſtructa eſt quadratis & oblongis. Latitudo ejus quatuor pedum eſt, & fortaſſis ad balnea adhibita fuerit. In ruderibus autem Tintiniaci prope Tutelam reperta eſt, inquit Baluſius.

III. Bonannus quatuor alia vaſa delineavit, quæ in uſu fuiſſe putat ſervandis unguentis & aromatibus ad balnea deputatis. Vaſa hujuſmodi magnâ copiâ videmus in Elæotheſio ſupra quod ex picturis thermarum Titi expreſſum eſt. In hiſce vaſis unguenta & aromata variæ conditurae pro utentium placito. Eorum enumerationem ſic dedit Chulius. Rhodinum liquidum unguentum ex roſis confectum erat; lirinum ex lilio; cyprinum ex flore arboris cui nomen cypria; baccarinum ex herba cui nomen baccar, florem emittente purpurei coloris. Inter liquida unguenta Veteres gleucinum quoque habuere, quod quidam ex muſto confectum fuiſſe arbitrantur, ſecundum etymologiam græcam vocis γλεῦκος, ſed ex herbis odoriferis confectum fuiſſe dicit Columella: myrrhinum ex myrrha condiebatur. Oleum etiam ex amaraco fiebat, dictum amaracinum; ex nardo nardinum; ex flore vitis ſilveſtris œnanthinum. Cinnamominum quoque magno ſumtu parabatur; narciſſinum oleum ex flore narciſſi conficiebatur; irinum ex iride; balaninum ex quadam glandis ſpecie; Serpyllinum ex ſerpyllo, quo unguento ſupercilia fricabant, capillos, collum & caput: brachia autem perfricabant oleo ſiſymbri, quæ eſt menta aquatica; nervos ex oleo naſturtii & ex amaracino. Thoricii Atticæ populi unguento Ægyptiaco tibias fricabant;

mammelles de celui de Phenicie, l'un des bras de celui de ſiſymbre, les ſourcils & les cheveux de l'amaracin, les genoux & le cou du ſerpyllin. Ces onguens & ces parfums entroient dans l'*eleotheſion*; il ne faut pas s'étonner ſi nous y voions un ſi grand nombre de pots. Ces bains étoient de grands préſervatifs contre pluſieurs maladies; les anciens s'en ſervoient tous les jours: ils ont duré longtems dans le Chriſtianiſme; l'uſage en eſt preſque aboli préſentement: je croi que la raiſon en eſt que cela demandoit un grand aſſujetiſſement, & que cela emportoit beaucoup de tems. Les gens voluptueux compenſent le plaiſir des bains par d'autres qui ſont ſouvent nuiſibles à la ſanté & du corps & de l'ame.

genas & mammas Phœnicio, brachium aliud ſiſymbrico, ſupercilia & capillos amaracino, genua & collum ſerpyllino. Hæc unguenta & aromata in Elæotheſio reponebantur: ne miremur ergo ſi tot ibi vaſa conſpexerimus. Hæc balnea ad valetudinem ſervandam percommoda erant; iis quotidie veteres utebantur, atque inter Chriſtianos olim ſimiliter frequentabantur. Jam vero pene deſierunt: & quidem, ut exiſtimo, quod hæc nonniſi diuturna mora atque ſervitute ita frequentari poſſint. Voluptuoſi hodierni balneorum voluptatem aliis voluptatibus compenſant, quæ & corporis & animæ valetudini ut plurimum exitioſæ ſunt.

CHAPITRE IV.

I. Ce que c'étoit que les thermes; thermes d'Antonin. II. Thermes de Diocletien. III. Les exercices des thermes. IV. Quelques inſtrumens pour les bains.

I. LEs thermes étoient de grands bâtimens, dont quelques-uns ſurpaſſoient en magnificence la plûpart des autres édifices qui ornoient l'ancienne Rome. Celles d'Antonin Caracalla & celles de Diocletien étoient les plus vaſtes & les plus ornées. Il reſte encore de grandes maſures des thermes Antoniniennes, qui étoient bâties en la voie Appienne; leur ſtructure faiſoit l'admiration des plus habiles architectes de ces tems-là. Il y avoit ſur tout une grande voute ſoutenue ſur une baluſtrade de bronze, qui paſſoit pour un prodige de l'art au jugement des plus habiles mecaniſtes, dit Spartien; le dedans étoit plein d'ornemens. Du tems de Sixte IV. on y voioit encore une île de marbre ſituée ſans doute dans quelque grand baſſin d'eau, où étoient encore les tronçons de pluſieurs figures humaines, & une barque de marbre chargée d'hommes qui navigeoient vers cette île. Il y a apparence que ce baſſin de grandeur extraordinaire étant plein d'eau, la barque ſembloit flotter. Il ne reſte plus que des maſures de ce ſuperbe bâtiment. Il y a plus de cent ſoixante ans qu'on en leva le plan & le profil, lorſque pluſieurs parties de ces

CAPUT IV.

I. Quid eſſent thermæ: thermæ Antonini. II. Thermæ Diocletiani. III. Exercitia thermarum. IV. Inſtrumenta balneis.

I. THermæ perampla erant ædificia, quorum quædam cætera pene omnia quæ Romæ erant magnificentia ſuperabant. Antonini Caracallæ & Diocletiani thermæ omnium thermarum maximæ ornatiſſimæque erant. Antoninianarum quæ in via Appia ſtructæ fuerunt, magna adhuc rudera ſuperſunt, earumque ſtructura apud peritiſſimos illius ævi architectos in admiratione habebatur, *quarum cellam ſolearem*, inquit Spartianus in Antonino Caracalla, *architecti negant poſſe ulla imitatione qua facta eſt fieri: nam ex ære vel cupro cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur, quibus camerario tota concredita eſt: & tantum eſt ſpatium, ut idipſum fieri negent potuiſſe docti mechanici.* Ornamentis intus totæ plenæ thermæ illæ erant. Sixti quarti tempore narrabat lithurgus quidam avum ſuum vidiſſe in Antoninianis thermis inſulam marmoream figurarum pedibus truncisque corporum partibus onuſtam, cymbamque item marmoream, vectoribus, ſed ruptis & mutilis refertam. Veriſimile eſt piſcinam ibi fuiſſe magnam, quæ cum aquis repleta erat, cymbam illam nantem vehere videretur. Hujus ædificii rudera tantum, ut diximus, ſuperſunt. Ab annis circiter centum & ſexaginta ejus cum ichnographia cum orthographia delineata fuit, cum


TUIAUX, URNES, PHIOLES
CXXV. Pl. a la 208. page T. III
Baluse
ALEXANDRI AVG
Baluse
Bonanni
MAXIMO ET PATERNOCOS
IVLIÆ MAMIÆ MATRIS AVG N
Bonanni
Bonanni
ÆLI MAXIMI AVG IORVM LIBERT
Bonanni
Baluse
Baluse
Bonanni
Bonanni
Bonanni
Bonanni
Tome III 125

thermes étoient encore ſur pied, & qu'il étoit aiſé d'en prendre toutes les dimenſions.

II. Nous donnons ces thermes telles qu'on les donna en ce tems-là, avec celles de Diocletien plus grandes, plus magnifiques & mieux conſervées que les précedentes. Tout le monde ſait que les Chartreux y ſont préſentement établis, & qu'ils en occupent la plus grande partie. Ils y ont fait une magnifique egliſe compoſée des ſalles de ces thermes : cette egliſe pratiquée dans ces ſalles par Miquelange, eſt tous les jours embellie de nouveaux ornemens. Il y avoit dans ces thermes une quantité prodigieuſe de colonnes ; le Prieur de cette Chartreuſe me diſoit qu'on en avoit tranſporté plus de deux cens pour les emploier à d'autres édifices : on n'y laiſſa que celles que leur groſſeur extraordinaire rendoit plus difficiles à tranſporter ; & celles-là au nombre de huit, des plus grandes qu'il y ait à Rome, ſe voient aujourd'hui dans l'egliſe. Ces colonnes qui avoient été priſes de differens édifices lorſque les thermes furent bâties, ne ſont pas d'égale groſſeur ni d'égale hauteur ; comme malgré l'inégalité elles devoient ſervir à la même grande ſalle, on prit le parti de ficher les plus hautes en terre, pour les rendre par là égales aux autres : & cela revient à ce que portoit l'inſcription des thermes donnée par Maſochius, qu'on acheta differens édifices pour bâtir ces thermes ; de là vient l'inégalité des colonnes qui avoient ſervi en differens endroits. Il y a au deſſous du plain pied d'autres grandes ſalles dont les avenues ſont bouchées en pluſieurs endroits. Les Chartreux en tirent ſouvent des fragmens de marbre & autres choſes ; les incruſtations qu'ils tirent de ces maſures leur ſervent à orner leur egliſe, qui ſera un jour des plus belles de Rome. Pl. CXXVI.

Les Feuillans ont encore là leur monaſtere, & ſe ſont ſervis de l'une des tours des thermes pour faire une egliſe, qui eſt toute ronde & aſſez grande. Ces bâtimens immenſes étoient pleins d'ornemens, d'incruſtations & de ſtatues. On trouva une fois en un ſeul endroit dix-huit têtes de philoſophes, qui furent vendues aux Ceſarini, & depuis au Cardinal Farneſe, qui les mit dans la galerie Farneſe.

III. Dans ces vaſtes thermes outre les bains, qui leur donnoient le nom, il y avoit de grands lieux pour exercer la jeuneſſe à lutter, à ſauter, à manier la pique & les armes. Il y avoit là de grands portiques, des *exedres*, qui étoient des lieux où l'on voioit grand nombre de ſieges pour s'aſſeoir & diſcourir ; des ephebées, qui étoient de grands lieux au milieu de ces portiques ;

---

plurimæ adhuc thermarum partes ſtarent, ita ut poſſent menſuræ omnium excipi.

II. Has thermas hic proferimus quales illo tempore publicatæ fuere ; additis etiam Diocletianæis thermis, quæ his longe ampliores magnificentioreſque erant, quæque minorem temporum injuriam paſſæ ſunt. Ignorat nemo jam Carthuſianos in iis ſedes habere, maximamque earum partem occupare. Ii eccleſiam magnificam in majoribus thermarum conclavibus conſtruxerunt. Eam eccleſiam primum delineavit atque fecit Michael Angelus Bonarota, in dieſque illa novis decoratur ornatibus. In his thermis immanis erat columnarum numerus. Narrabat mihi Carthuſianorum Prior pluſquam ducentas inde exportatas, aliiſque ædificiis admotas fuiſſe : eæ ſolum relictæ ſunt quas amoliri molis cauſa non licuit : ſuntque octo numero aliæ aliis denſiores ſublimioreſque, quibus vix majores in tota urbe reperias. Iſtæ vero quæ altiores ſunt ab ima parte in terram defixæ, ea ſolum parte prominent, qua cum cæteris æquentur. Quod ſane conſentit cum inſcriptione thermarum a Maſochio allata : *coëmptis*, dicitur ibi, *ædificiis pro tanti operis magnitudine omni cultu perfectas, Romanis ſuis dedicaverunt*. In cameris autem inferioribus, quarum aditus interclusus eſt, ſuperſunt cruſtationum marmorearum reliquiæ, queis utuntur Carthuſiani ad novum eccleſiæ ſuæ ornatum : quæ eccleſia aliquando inter præſtantiores Romanas annumerabitur.

Fulienſes quoque in thermis monaſterium ſuum habent, & ex turri aliqua thermarum eccleſiam rotundam ſatis amplam adornarunt. Hæc ingentia ædificia plena erant ornatibus, cruſtationibus atque ſtatuis. Uno in loco aliquando reperta ſunt octodecim philoſophorum capita, quæ Cæſarinis vendita primo ſunt, deindeque Cardinali Farneſio, qui illa in Xyſto Farneſiano locavit.

III. In hujuſmodi ampliſſimis thermis, præter calida balnea quæ ipſis nomen indebant magna erant loca ad exercendos juvenes, in lucta, ſaltatione, in haſtæ & armorum tractatione. Porticus ibi vidiſſes, exhedras ubi multæ ſedes ad confabulandum : ephebea etiam ſpatioſa in medio porticuum : coricea quoque ubi pila

des *coricées*, c'étoient des lieux à jouer de la grosse balle, qu'on appelloit *coricum*; des *conisteres*, qui servoient à tenir la poudre des lutteurs, & servoient aussi aux geometres à dessiner leurs figures sur ce sable. On y voioit des lieux plantez d'arbres pour la promenade. Toutes sortes d'exercices se faisoient dans ces vastes lieux, où il sembloit, comme dit un Romain moderne, qu'on eut renfermé tout ce à quoi l'on s'exerçoit en differens lieux de la ville; l'espace des thermes étoit assez grand pour tout cela, & sur tout celui des thermes de Diocletien les plus étendues de toutes. C'est apparemment à l'occasion de celles-là principalement qu'Ammien Marcellin dit, *lavacra in modum provinciarum*, des bains grands comme des provinces. La bibliotheque Ulpienne qui avoit été établie par l'Empereur Trajan au *forum Trajani*, fut depuis transportée dans ces thermes.


IV. A côté de ces deux grandes thermes nous voions quatre de ces instrumens qu'on appelloit *strigiles*, tirez de differens cabinets; ils servoient, comme nous avons dit, à frotter & à râcler les corps de ceux qui se baignoient; de ces quatre il y en a deux courbez comme des faucilles: on en trouve de fer & de cuivre: il ne faut point douter qu'il n'y en eut anciennement d'or & d'argent, & d'autres matieres. On y voit encore deux de ces pincettes à arracher le poil, qu'on appelloit *volsellæ*, dont l'une a presque la forme d'un compas.


---

ludebatur quæ coricum dicebatur; conisteria luctatorum pulverem continentia, ubi geometræ figuras suas delineabant: loca insuper istic erant arboribus consita ad ambulandum. Omnia his in locis exercitia videre erat, ubi, ut ait Romanus quispiam infimi ævi, omnia quæ per totam urbem exercebantur collecta esse putasses. Ad hæc omnia satis erat thermarum amplitudo; maxime vero thermarum Diocletiani, quæ cæteras omnes magnitudine superabant. Harum maxime occasione, ut videtur, Ammianus Marcellinus ait, *lavacra in modum provinciarum*. Bibliotheca Ulpia quæ a Trajano imperatore in foro Trajani posita fuerat, in hasce thermas postea translata fuit.

IV. E regione thermarum quatuor instrumenta videmus ex iis quæ strigiles vocabantur, ex variis educta Museis. Hæ strigiles usui erant, ut diximus, ad eorum perfricandam cutem qui sese abluturi essent. Ex hisce quatuor duæ in falcis morem curvæ sunt. Ex ferro & ære strigiles occurrunt: neque tamen dubitandum ejusmodi instrumenta quædam olim fuisse aurea argenteave exque alia materia. Duæ etiam hic volsellæ conspiciuntur pilis evellendis, quarum altera in circini pene morem concinnatur.




LES
Laurus
Laurus


ERMES
CXXVI. Pl. a la 210. page T. III
Bonanni
ΔIOMOΔPΔ
La Chausse
Mr. Foucault
Ste Genevieve
Bonanni
Mr. l'A. Fauvel
Tome III 126

CHAPITRE V.

I. Autres thermes. II. Les thermes de Paris. III. Entonnoirs ou tuiaux pour la fumée. IV. Dispute sur un ſimpulum. *V. Le dernier bain de Seneque.*

I. OUTRE les thermes d'Antonin Caracalla & de Diocletien, il y en avoit encore d'autres fort grandes & fort belles, quoiqu'elles fuſſent inferieures à celles-là. Telles étoient celles de Tite, les Alexandrines ou d'Alexandre Severe, celles d'Agrippa, & un grand nombre d'autres, qu'on fait monter juſqu'à quatre-vingt, ſans compter celles des maiſons de campagne. On voioit des thermes dans les autres villes, qui étoient ſans doute faites ſur le modele de celles de Rome.

II. Il y a apparence qu'on peut compter parmi les thermes ces reſtes de bâtimens de la rue de la Harpe à Paris, où l'on voit une grande ſalle voutée bâtie de briques, & d'autres lieux ſouterrains, qui ne ſont apparemment qu'une partie d'un grand édifice : quelques-uns l'appellent le Palais de Julien l'Apoſtat ; d'autres le palais des thermes. M. Brice en a fait deſſiner le profil, & l'a inſeré dans ſa deſcription de la ville de Paris, tel que nous le donnons ici. PL. CXXVII.

III. Des quatre inſtrumens ſuivans qui ſe terminent preſque en cone, trois ont été donnez par Beger, & un par le P. Bonanni. Quoiqu'on ne ſache pas préciſément à quoi ils ont ſervi, il paroit qu'ils ne peuvent avoir été qu'à deux uſages ; ou pour communiquer la vapeur chaude aux tuiaux & la porter en differens endroits ; ces inſtrumens s'appelloient *infumibula* : ou pour verſer des liqueurs d'un vaſe dans un autre ; ceux-là s'appelloient *infundibula*, des entonnoirs. Ce qui eſt remarquable dans deux de ceux-là, c'eſt que l'un, qui eſt le plus grand, a ſervi à l'Empereur Pertinax, comme porte l'inſcription, qui ſe doit lire ainſi tout au long, *Imperatoris Cæſaris Publii Helvii Pertinacis Auguſti, Pontificis maximi* : & le plus petit à l'Empereur Marc-Aurele ; l'inſcription qui eſt autour du vaſe ſe doit lire ainſi tout au long, *Imperatoris Marci Aurelii Antonini Pii Felicis Auguſti Germanici.* Comme ils ne ſont que de bronze, Beger ſoupçonne qu'ils n'ont ſervi qu'à quelques-uns de la cour Imperiale, & non pas aux Empereurs. PL. CXXVIII

CAPUT V.

I. Aliæ thermæ. II. Thermæ Lutetiæ. III. Infundibula aut infumibula IV. Circa ſimpulum cyathumve diſceptatio. V. Poſtremum Senecæ balneum.

I. PRÆTER thermas Antonini Caracallæ & Diocletiani, aliæ quoque amplæ pulcræque erant etſi his inferiores: hujuſmodi erant thermæ Titi, thermæ Alexandrinæ ſeu Alexandri Severi, thermæ Agrippæ, multæque aliæ, quas ad octoginta uſque fuiſſe dicunt, non connumeratis iis quæ in villis. In aliis quoque urbibus thermæ conſpiciebantur ad normam, ut creditur, Romanarum concinnatæ.

II. Inter thermas annumerari poſſe creduntur illæ ædificiorum reliquiæ quæ in vico *Harpæ*, ut vocant, Lutetiæ viſuntur ; ubi magna eſt aula concamerata ex lateribus conſtructa, & alia quoque loca ſubterranea, quæ, ut creditur, pars ſunt tantum magni ædificii. Sunt qui id ædificium vocent palatium Juliani apoſtatæ, alii palatium thermarum. D. Bricius in deſcriptione Lutetiæ, hujus conſpectum interiorem delineari curavit ea forma, quam nos hic apponimus.

III. Ex quatuor inſtrumentis ſequentibus, quæ pene in conum deſinunt, tria a Begero & unum a Patre Bonanno publicata ſunt. Etſi cui uſui fuerint non omnino ſciatur, duabus tantum rebus inſervire potuiſſe videntur ; aut ad fumum vaporemque calidum per tubos in diverſa loca tranſvehendum, quæ inſtrumenta vocabantur infumibula ; aut ad liquorem ab alio vaſe in aliud infundendum, quæ infundibula appellabantur. Hoc in duobus obſervandum eſt, nempe illud quod alio majus, uſui fuiſſe imperatori Pertinaci, ut inſcriptione fertur, quæ ſic legenda eſt : *Imperatoris Cæſaris Publii Helvii Pertinacis Auguſti pontificis maximi* : & quod minus eſt, Marco Aurelio : hujus inſcriptio in vaſis circuitu poſita ſic legenda : *Imperatoris Marci Aurelii Antonini Pii Felicis Auguſti Germanici.* Cum ænea tantum ſint, ſuſpicatur Begerus illa in aula tantum imperiali inſerviiſſe, non autem imperatoribus ipſis.


IV. Le petit vaſe ſuivant a cauſé une diſpute entre d'habiles gens. M. de la Chauſſe l'a donné comme un de ces vaſes qu'on appelloit *ſimpulum*, & nous l'avons donné comme tel dans le ſecond tome, au chapitre où il eſt parlé des ſimpules. Beger prétend qu'il n'a jamais été à cet uſage ; il dit que c'étoit un de ces vaſes deſtinez à puiſer dans d'autres vaſes plus grands, dont le nom étoit *hauſtrum* ; & que c'étoit auſſi une meſure qu'on appelloit *cyathus*, avec laquelle on puiſoit l'huile dans un plus grand vaſe pour la diſtribuer par meſure. Je ne croi pas qu'on puiſſe nier que ce petit vaſe n'ait ſervi à puiſer dans un autre plus grand ; il ſemble fait exprès pour cela : mais je ne vois pas que cela doive empêcher de l'appeller ſimpule ; on voit ſur les medailles où ſont repréſentez les vaſes des ſacrifices, des ſimpules fort approchans de la forme de celui-ci, & qui ſelon toutes les apparences ont ſervi à puiſer dans d'autres plus grands vaſes. Il y en a de differentes manieres. Un autre vaiſſeau qui eſt auprès a ſervi pour les bains, dit le P. Bonanni : cela ſe peut, mais il peut auſſi avoir ſervi à autre choſe.

V. Je ne vois point de lieu plus propre à parler du bain de Seneque où il ſe procura la mort par ordre de l'Empereur Neron ſon éleve. On le voit ainſi repréſenté dans une ſtatue de marbre noir, qui eſt aujourd'hui dans la vigne Borgheſe. Le travail en eſt excellent ; on voit ſur ſon viſage cette conſtance philoſophique qu'il témoigna à ſes amis qui venoient accablez de douleur aſſiſter à ſa mort, lorſqu'il ſe fit ouvrir les veines. Où ſont, diſoit-il, ces préceptes de la ſageſſe que nous donnions ci-devant ? Que ſont devenues ces meditations ſerieuſes que nous avons faites pendant un ſi grand nombre d'années ſur les malheurs qui pouvoient nous arriver ? Qui ignore la cruauté de Neron ? Que pouvoit-on attendre de celui qui avoit fait mourir ſa mere & ſon frere, ſinon qu'il n'épargneroit pas davantage ſon precepteur ? Il parla de même juſqu'à ſon dernier moment.

IV. Vaſculum ſequens eruditis viris diſceptationis anſam præbuit. V.Cl. Cauceus illud pro ſimpulo dedit, noſque ut tale poſt ipſum dedimus tomo ſecundo capite de ſimpulis. Begerus vero exiſtimat nuſquam ad eam rem uſurpatum vas fuiſſe : ſed ad id fuiſſe deputatum ut ex alio vaſculo liquor hauriretur, cui ideo nomen hauſtrum : putatque menſuram eſſe nomine cyathum, qua ex majori vaſe oleum hauriebatur, ut cum menſura diſtribueretur. Non puto negari poſſe hoc vaſculum hauriendo liquori deputatum fuiſſe ; nam aptiſſima ad id præſtandum ejus forma eſt, neque tamen ideo ſimpulum fuiſſe negandum eſt : in nummis quippe, ubi vaſa ſacrificiorum exhibentur, ſimpula viſuntur ad hujus formam accedentia, quæ, ut videtur, hauriendo liquori adhibita fuerint : ſunt nempe diverſæ figuræ multa. Aliud vaſculum vicinum in balneis uſurpatum fuiſſe opinatur P. Bonannus : cui utique uſui potuit adhiberi, ſed tamen aliis etiam rebus, ut nemo negaverit.

V. Nullum alium video aptiorem locum ubi de balneo illo poſtremo Senecæ agatur, in quo ſibi ipſe mortem conſcivit, jubente Nerone Imperatore, cujus ille præceptor fuerat. Sic repræſentatur ejus ſtatua ex nigro marmore quæ hodie in villa Burgheſia exſtat, eximiique artificii eſt. In ejus vultu conſtantia illa philoſophica emicat, quam moriturus amicis ille teſtificatus eſt, ut ait Tacitus Annalium 15. *Ubi præcepta ſapientiæ ?* inquiebat, *ubi tot per annos meditata ratio adverſum imminentia? cui enim ignaram fuiſſe ſævitiam Neronis ? Neque aliud ſupereſſe poſt mortem fratreſque interfectos, quam ut educatoris præceptoriſque necem adjiceret* : eademque conſtantia ad finem uſque vitæ loquutus eſt.

THERMES



Mr. Brice




INSTRUMENS POUR LES BAINS
CXXVIII.Pl.a la 212 pag.T.III
Beger
Beger
Beger
Bonanni
Beger
Villa Borghese
Bonanne
Tome III 128

CHAPITRE VI.

II. Le theatre de Marcellus, le premier dont nous donnons le profil & le plan, fut bâti par Auguſte ſous le nom de Marcellus ſon neveu, fils d'Octavie ſa ſœur. Le Serlio en a pris le plan & les dimenſions : le diametre de l'orcheſtre étoit de 184. pieds Romains ; la longueur du theatre entier, ou le diametre de l'hemicycle qui le formoit, étoit de 417. pieds. Le *proſcenium* étoit devant le pulpitre & la ſcene : la ſcene dans laquelle paroit avoir été le pulpitre, eſt moins large que dans les autres theatres que nous donnons. Vis-à-vis du milieu de la ſcene étoit le veſtibule, où ſe trouvoit la grande porte. A droite & à gauche du veſtibule étoient les appartemens qu'on appelloit *hoſpitalia*, deſtinez pour les étrangers. Au bout de ces appartemens étoit le retour, qu'on appelloit *verſura*, qui fermoit la ſcene & le *proſcenium* à droite & à gauche, PL. CXL.

CAPUT II.

I. Tres ſcenæ, tragica, comica, & ſatyrica ſecundum Serlium. II. Theatrum Marcelli.

I. GENERA *ſunt ſcenarum tria*, inquit Vitruvius 5. 8. *unum quod dicitur tragicum, alterum comicum, tertium ſatyricum. Horum autem ornatus ſunt inter ſe diſſimiles, diſparique ratione ; quod tragicæ deformantur columnis, faſtigiis & ſignis, reliquiſque regalibus rebus : comicæ autem ædificiorum privatorum & menianorum habent ſpeciem, perfectuſque feneſtris diſpoſitos imitatione communium ædificiorum rationibus. Satyricæ vero ornantur arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſque agreſtibus rebus, in topiarii operis ſpeciem deformatis.*

Secundum hanc Vitruvii deſcriptionem, Serlius, & noſtro ævo Perraltius haſce tres ſcenas delineatas repræſentaverunt : uterque prout mente conceperat, nec eſt illis nimis fidendum. Perraltius imagines dedit latiores, quam ut poſſint hoc in opere locari. Serlianas hic apponimus ; nec parum hæſimus an in hoc opere, ubi omnia ex monumentis eruta repræſentantur, his locus eſſe deberet, quæ fere omnia ex imaginatione delineantium profecta ſunt.

II. Theatrum Marcelli cujus primi ichnographiam & orthographiæ partem damus, ab Auguſto ſtructum fuit nomine Marcelli filii ſororis ſuæ Octaviæ. Serlius & ichnographiam & menſuras delineavit. Orcheſtræ diametros eſt centum octoginta quatuor Romanorum pedum : theatri longitudo ſeu diametros hemicycli eſt quadringentorum & ſeptemdecim. Proſcenium erat ante pulpitum & ſcenam. Scena in qua pulpitum fuiſſe videtur, minus lata erat, quam in cæteris theatris quæ cum ſcena inferius dantur. E regione mediæ ſcenæ veſtibulum erat, ubi & majus oſtium : ad dexteram & ad ſiniſtram veſtibuli, erant ædificia illa quæ vocabantur hoſpitalia, hoſpitibus ſcilicet excipiendis deſtinata. In extrema hoſpitalium parte erat tranſverſa illa ſtructura, quæ verſura vocabatur, quæque ſcenam & proſcenium in utroque la-

& qui rejoignoit presque les angles du theatre. Je dois avertir que ce plan du Serlio & l'échantillon qu'il donne des deux ordres d'architecture qui ornoient le dehors du theatre, ne s'accordent point du tout avec le dessein qui fut fait à Rome vers le milieu du seiziéme siecle : dans celui-ci il y a trois rangs de colonnes en trois ordres, le Dorique, l'Ionique & le Corinthien ; au lieu que le Serlio n'en met que deux, le Dorique & l'Ionique. Il paroit par ce qui reste à Rome de ce theatre, qu'il n'y avoit que ces deux ordres-là. De plus la face exterieure du theatre dans ce premier dessein est toute unie ; le theatre, le *proscenium* & la scene sont sur la même ligne ; au lieu que dans le plan de Serlio le theatre avance audelà du *proscenium* d'un rang entier de piles ; & toute cette partie du theatre est d'une forme qui ne s'accorde point du tout avec le plan du Serlio : cette premiere peinture met huit escaliers sur la moitié du dedans du theatre, qui est la seule qui paroit, en sorte qu'il y en devoit avoir quinze en tout ; au lieu que dans le plan du Serlio il n'y a que sept escaliers. Il seroit difficile de s'éclaircir du fait sur ce qui reste encore de ce theatre : mais je crois que la plûpart des gens ajouteront foi à cet habile architecte préferablement aux autres, d'autant plus que ceux-ci ont mis, je ne sai pourquoi, au comble de l'édifice un ordre Corinthien de colonnes, qui n'y étoit pas.

---

tere claudebat, & ad theatri angulos accedebat. Hic monuisse juvabit ichnographiam hanc Serlii, & particulam illam orthographiæ ubi duo architectonices ordines visuntur, quam ille ad specimen edidit, non consonare cum illa tabula, quæ Romæ circa medium decimi sexti sæculi in ære incisa fuit, in qua tres exhibentur columnarum ordines, Doricus, Ionicus & Corinthius; cum contra Serlius duos tantum ponat, Doricum & Ionicum. Ex iis hujus theatri reliquiis, quæ hodieque Romæ visuntur, hosce duos ordines tantum in eo fuisse judicatur. Ad hæc autem in illa tabula theatrum, proscenium & scena una eademque linea terminantur, quod ad exteriorem nempe prospectum, cum contra in ichnographia Serlii theatrum uno pilarum ordine extra proscenium extendatur : hæcque omnis theatri pars omnino differt a Serliana. In priore illa tabula octo scalæ dimidium tantum theatri occupant ; altera namque theatri pars dimidia non conspicitur, sicque theatrum quindecim scalas habuerit ; in Serliana vero ichnographia septem tantum scalæ delineantur. Rem uti est in ruderibus ipsis explorare admodum difficile esset : at non dubito sagaces omnes viros peritissimi architecti tabulis fidem habituros esse potius quam illis, qui, nescio qua de causa, ordinem Corinthium columnarum qui certissime non aderat, ibi locarunt.





Serlio



Serli


RES



Serlio

UE




THEATRES
CXL Pl. a la 236. page T. III
Serlio
Tome III 140
Serlio

CHAPITRE III.

Description du theatre de Sagonte par Dom Emmanuel Marti, Doien d'Alicant.

DE tous les theatres que nous donnons ici, il n'y en a point qui approche plus de la forme de celui de Marcellus, que celui de la ville de Sagonte, qui s'appelle aujourd'hui Morviedro. Le plan de ce theatre nous a été envoié par D. Emmanuel Marti Doien d'Alicant, homme ſavant & tres habile dans la connoiſſance de l'antiquité, comme il ſera aiſé de voir par ſa diſſertation ſur ce theatre, dont il a remarqué avec exactitude juſqu'aux moindres parties. Il l'envoia en forme de lettre au Cardinal Zondodari alors Nonce à la Cour d'Eſpagne, telle que nous l'imprimons ici.

Lettre de D. Emmanuel Marti à ſon Excellence D. Felix Zondodari Archevêque de Damas, & Nonce du Pape à la Cour d'Eſpagne.

DANS l'entretien que j'eus dernierement avec votre Excellence, entre differentes choſes que la converſation amena, nous parlames enfin du theatre de Sagonte. J'eus l'honneur de vous dire que je l'avois deſſiné avec toute l'exactitude dont j'étois capable : vous me témoignâtes un grand deſir de le voir avec les petites notes que j'avois faites pour l'expliquer. Le voici, Monſeigneur, je vous le préſente avec mes notes, non pour faire une vaine montre d'érudition, mais pour tirer des tenebres un monument qui a été preſque inconnu juſqu'à preſent. Quoique ce ne ſoient plus que des mazures, j'en ai levé le plan ſur ce qui reſte ; j'y ai mis tout le ſoin poſſible, & j'en ai fait en peu de mots l'explication pour en conſerver la memoire à la poſterité.

Ce theatre eſt en bon air, tourné entre le ſeptentrion & l'orient, audeſſus d'un beau vallon arroſé d'une riviere, en un lieu où du côté de l'orient on voit la mer Mediterranée ; une montagne le met à couvert des vents du midi & de l'occident ; il n'eſt expoſé qu'à celui du ſeptentrion & de l'orient, vents ſalutaires. En un mot, la ſituation en eſt telle que Vitruve l'ordonne ; car

---

CAPUT III.

Deſcriptio theatri Saguntini a D. Emmanuele Martino, Decano Alonenſi.

EX omnibus quæ hic proferimus theatris nullum ad formam Marcelliani theatri magis accedit, quam Saguntinum, cujus ichnographia a viro doctiſſimo amiciſſimoque D. Emanuele Martino Decano Alonenſi mihi tranſmiſſa eſt, cujus eruditio & antiquariæ rei peritia eminet in diſſertatione circa theatrum illud, ubi omnia vel minutiſſima accurate conſcripſit. Illa diſſertatio quam ille epiſtolæ forma ad Cardinalem Zondadarium, tunc apud Regem Catholicum pontificium legatum, hic locum habeat.

Emmanuel Martinus illuſtriſſimo ampliſſimoque viro Antonio Felici Zondodario, Archiepiſcopo Damaſceno & Pontificio Legato apud Regem Catholicum S. D.

CUM proximis diebus ſermones inter nos conferremus, ut ſunt fere colloquia, & varia, & aliud ex alio elicientia, caſu theatri Saguntini incidit mentio. Quod cum a me delineatum, omnibuſque numeris expreſſum dixiſſem ; tuum pervaſit animum illud videndi cupido, una cum notulis, ſive deſcriptiuncula quadam a nobis adjecta, non tam eruditionis oſtentandæ gratiâ, quam obſcuriſſimæ rei explorandæ. En igitur illud, Vir Ampliſſime, ex oblivionis tenebris redux ac redivivum, etſi lacera veſte atque obſoleta. Cujus ego veram priſcamque ſtructuram, omnibus indagatam veſtigiis, quam breviſſime potero, ſeræ poſteritati conſecrabo.

Theatrum Saguntinum peropportuno loco & ſaluberrimo ſitum eſt. Septentriones enim verſus & ſolem orientem ſeſe pandit ; amœniſſimæ valli, quam fluvius etiam præterfluit, imminens, & pelagus Eoum proſpectans. Ab auſtro & flatibus occiduis objectu montis defenditur, a quo in amplexum ſinuato cohibetur ac cingitur. Quare Boream tantum Eurumque, vitales illas animas, ad perflatum admittit ; cæteris humanæ ſaluti infenſis intercluſo aditu. Quod in primis cavendum monet Vitruvius in theatris conſtruendis. Nam cum ibi ſpectantium

»comme le grand plaiſir que prenoient les ſpectateurs faiſoit ouvrir les pores,
»ſi des vents ou des vapeurs peu favorables ſouffloient pendant ce tems-là,
»cela auroit pu nuire à la ſanté. C'eſt pour cela ſelon lui qu'il faut éviter l'ex-
»poſition du midi; il en apporte encore une autre raiſon, qui eſt que le ſoleil
»venant à ſe renfermer dans ce demi cercle, l'air qui n'a là d'autre mouve-
»ment que le circulaire ſe rechauffe toujours, deſſeche les corps, & peut cau-
»ſer de grandes maladies. La ſituation de ce theatre eſt encore favorable au
»ſon de la voix, parcequ'il eſt placé dans l'enfoncement d'une montagne, où
»la voix non ſeulement ſe fait entendre, mais ſe fortifie en montant, & rend
»un ſon plus diſtinct: j'en ai fait moi-même l'experience, lorſque l'illuſtre D.
»Emmanuel Mignana mon ami récitant dans la ſcene du theatre quelques
»vers de l'Amphitryon de Plaute, je l'entendis diſtinctement, quoique je fuſſe
»au plus haut du theatre; ce qui me fit un véritable plaiſir: ce ſont ſans doute
»les roches du lieu qui le rendent favorable à la voix. Voila pour ce qui
»regarde la ſituation du theatre; venons à ſa ſtructure. Le circuit de tout
»ce demi-cercle eſt de cinq cens ſoixante-quatre palmes (un palme fait les
»trois quarts du pied Romain). Son diametre pris de chacun des angles du
»theatre, eſt de deux cens trente palmes; ſa hauteur depuis l'orcheſtre juſ-
»qu'au plus haut des ſieges, de cent trente-trois palmes & demi, & juſqu'à
»l'extrémité des murs à demi ruinez qui ſont audeſſus, de cent quarante qua-
»tre palmes & demi. Le diametre de l'orcheſtre eſt de quatre-vingts ſeize pal-
»mes. L'orcheſtre eſt comme le centre, d'où ſe prennent toutes les meſures;
»ce mot vient d'ὀρχεῖσθαι, danſer, parceque dans le theatre Grec ce lieu étoit
»deſtiné pour la danſe; mais elle fut d'un autre uſage chez les Romains, au
»moins depuis que C. Atilius Saranus & L. Scribonius Libo, Ediles Curules,
»ſuivans le ſentiment de Scipion l'Africain premier, ordonnerent que les ſie-
»ges des Senateurs ſeroient dans l'orcheſtre. Il y avoit là une place de diſtin-
»ction, où étoit une eſpece de throne pour le chef, ou pour le Preteur, dont
»les traces reſtent encore au *podium*. Après lui prenoient ſeance les Veſtales,
»les Prêtres, les Legats & les Senateurs. Depeur que ceux de devant n'ôtaſſent
»la vûe du pupitre à ceux de derriere, le pavé de l'orcheſtre va toujours en
»montant inſenſiblement depuis la place du Preteur juſqu'aux premiers de-

» animi voluptate maxima perfundantur, immota
» corpora delectatione illa capta ac delinita, hiantes
» habent meatus, venaſque patentes, in quas facile
» inſidunt circumfuſi ſpiritus. Qui ſi nocentes fuerint
» atque inſalubres, vel vitio aliquo infecti; afflatu
» ſuo corporibus exitium afferent. Idcirco vitandi a
» meridie impetus. Sol enim æſtu ſuo torrente quum
» theatri curvaturam implet, aer incluſus hemicy-
» clo, nec vagandi habens poteſtatem, perpete
» illa verſatione & circumactu, ac vorticoſa rotatio-
» ne efferveſcit. Quo fit ut corpora naturali humore
» exſucta adurantur, nimiſque excandefacta in mor-
» bos incidant. Habet porro theatrum noſtrum inge-
» nio & natura loci comparatum τὸ συνηχεῖν. Quod in
» eo apprime neceſſarium. Vox enim curvamine am-
» plexuque illo montis collecta, ad ſummum uſque
» cum incremento ſcandens, robuſtior aures pulſat,
» diſcreta verborum terminatione. Quod ego profe-
» cto expertus ſum; quippe Plauti verſus ex Am-
» phitruone, quos vir ornatiſſimus mihique omnibus
» officiis conjunctiſſimus Emmanuel Mignana, ex
» ſcena recitavit, de ſumma cavea perbelle hauſi.
» Quod me, ita vivam, incredibili perfudit volupta-
» te. Sunt enim illæ rupes vocales; & hæc de theatri
» poſitione. Nunc ad ſtructuram: ejus igitur hemicy-
cli ambitus, quem Græci vocant περίμετρον, habet «
palmos noſtrates ſive ſpithamas vel dodrantes pedis «
Romani D L X I V. Dimetiens vero, quam illi «
διάμετρον, ducta ab utroque cornu linea, palmos «
C C X X X. Altitudo theatri ab orcheſtra ad ſum- «
mam caveam palmorum C X X X I I I. cum ſe- «
miſſe. Ad ſummæ vero parietinæ ſuperſtitis faſti- «
gium palmorum C X L I V. & ſemis. Orcheſtræ «
diameter habet item palmos X C V I. A qua cer- «
tum eſt totius theatri deſcriptionem ordiri, velut «
a centro. Igitur orcheſtra nomen ſortita eſt ἀπὸ «
τοῦ ὀρχεῖσθαι, propterea quod in græco theatro lo- «
cus is eſſet ſaltationibus geſticulationibuſque deſti- «
natus; tametſi apud Romanos longe alium habuit «
uſum, ſaltem ex quo C. Atilius Saranus & L. «
Scribonius Libo Ædiles Curules, ſuperioris Afri- «
cani ſententiam ſequuti, ſenatorum ſubſelliis or- «
cheſtram aſſignarunt. In ea igitur honeſtiſſimo loco «
ſedebat princeps ſive prætor, in ſuggeſtu: cujus «
exſtant veſtigia in medio orcheſtræ ad podium. «
Deinde Veſtales, Sacerdotes, Legati, Senatores. «
Neve autem anteriorum objectu pulpiti proſpectus «
poſterioribus adimeretur; ſolerter admodum ex- «
cogitatum eſt, ut orcheſtræ pavimentum a princi- «
pis ſuggeſtu leniter ac ſenſim in acclivitatem exſur- «

grez,

grez, qui servoient de sieges aux Chevaliers Romains; en telle sorte pourtant que pour placer les sieges des Senateurs, ce pavé qui monte est un peu baissé d'espace en espace en ligne circulaire, & que ce qui est entre les places des sieges est plus élevé que le reste : c'étoit par là que le passage étoit libre à ceux qui vouloient ou prendre place ou se retirer. Je crois que cette particularité n'a pas encore été observée; elle m'auroit sans doute échapé, si je n'avois fait venir des fossoieurs pour ôter la terre. Au bout de l'orchestre commencent les sieges des Chevaliers Romains; ce sont les quatorze premiers degrez attribuez à l'ordre équestre par les loix *Roscia* & *Julia*, qui regardent les theatres. Au septiéme degré sont deux grands trous ou portes quarrées, qu'on appelloit *vomitoria*, par où venoient les Chevaliers : ce degré est plus large que les autres, pour donner un passage libre & dégagé aux Chevaliers qui alloient prendre leur place. La trop grande dureté du rocher sur lequel est fondé ce theatre, a empêché de donner plus de deux portes aux Chevaliers, ce qui ne suffisoit pas; & pour suppléer en quelque façon à ce defaut, on avoit mis de chaque côté un escalier découvert, dont le bas commence dans une voute du *proscenium*.

Au dessus du plus haut degré des Chevaliers est celui qu'on nommoit *la précinction*, que les Grecs appelloient διάζωμα; c'est un degré deux fois plus haut & plus large que les autres, qui fait comme une espece de ceinture à l'égard des autres plus petits degrez; c'est pour cela qu'on l'appelloit précinction : quelques-uns appelloient les *précinctions baltei*, des baudriers; c'étoient comme des interruptions des degrez, & comme de petites places qui regnoient tout autour. On les mettoit encore afin que la distinction entre les places des Senateurs, des Chevaliers & du peuple sautât d'abord aux yeux, & qu'il n'y eût aucune communication entre ces états. Les douze degrez plus élevez & plus éloignez de l'orchestre étoient pour le peuple, & cela s'appelloit *summa cavea*, le plus haut du creux. Le peuple se rendoit à ces sieges par plusieurs avenues; ils venoient par les voutes interieures, & entroient par ces portes pour prendre leurs places. Ils pouvoient encore y venir par le portique qui regnoit au plus haut du theatre, lequel portique servoit encore à un autre usage, savoir pour s'y refugier en cas que la pluie ou quelque orage interrompit le spectacle. Ce portique a huit portes devant & autant derriere; elles sont obliques en sorte qu'elles se regardent les unes les

---

» geret usque ad imum gradum equestrium : depresso identidem & scalpto in orbem pavimento, in morem balthei, sedilibus locandis ac defigendis : relicto inter sedilium ordines spatio aliquantulum elatiore, quod ingressum exitumque præberet. Quod adhuc nemini homini observatum credo. Et me sane fugisset, nisi terram, qua tota orchestra obruta erat, removere jussissem, adscitis fossoribus. Ab orchestræ solo equestria erumpunt, sive gradus quatuordecim equestri ordini attributi, legibus Roscia & Julia theatrali. Ad quorum septimum duo vomitoria aditum præbent. Qui idcirco cæteris latior, ne angustia loci equestris multitudo comprimeretur; sed libero gressu in subsellia sese diffunderet. Quoniam vero theatrum hocce in durissimo saxo fundatum est, cujus pervicacia artis conatus & solertiam delusit; eo duas habent tantum januas equestria. Quæ cum equitum numero admittendo non sufficerent, additæ sunt hinc inde scalæ geminæ in aperto & propatulo loco, quarum imi gradus fornicem subeunt in ipso proscenio.

» Summum gradum ordinis equestris excipit præcinctio. Quo nomine appellarunt Veteres gradum cæteris duplo altiorem latioremque, qui reliquos minores veluti præcingeret & complecteretur : διαζώματα vocant Græci. Sunt enim quasi transversa quædam cingula : unde ab aliquibus dicti sunt *balthei*, graduum nimirum refractiones, & areolæ in orbem procurrentes. Quæ ideo inserebantur, ut ordinum discrimina, senatorii nempe, equestris & plebeii, manifesta ipsa divisione in oculos incurrerent, nec quicquam esset inter eos commercii. Sequuntur deinde duodecim gradus popularium altiore loco remotioreque : in quibus videlicet e plebe homines sedentes spectabant, quos vocant summam caveam. In hæc sedilia per plures aditus diffundebantur, ad quos ducebant interiores fornices & concamerationes. Superior item porticus, cujus duplex erat usus; ut haberet nempe populus quo se reciperet, si subitus aliquis turbo vel imber ludos intercepisset; & ut subjectum theatrum ab aquarum injuria & sordibus vindicarent. Habet ea porticus januas octo anticas, totidemque e regione posticas; obliquas tamen, & quæ se mutuo res-

» autres ; elles étoient ainſi diſpoſées pour donner quelque air & quelque
» fraîcheur au theatre. On monte à ces portes par ſept eſcaliers, qui prennent
» depuis l'orcheſtre juſqu'au plus haut des ſieges. Ces eſcaliers ne ſont point
» interrompus comme dans pluſieurs amphitheatres ; mais ils ſont ſans aucun
» repos, & l'on y monte tout d'une haleine ; ce qui ne laiſſe pas de faire un
» beau ſpectacle à la vûe. Ces eſcaliers étoient fabriquez entre les ſieges des
» ſpectateurs, pour monter & deſcendre plus commodement ; ce qu'on n'au-
» roit pu faire qu'avec beaucoup de peine par les degrez qui ſervoient de
» ſieges ; ceux-ci étoient trop hauts, au lieu que ceux des eſcaliers ſont beau-
» coup plus petits ; il y en a trois ſur deux des ſieges : mais la précinction plus
» haute que les ſieges ordinaires, répond à quatre degrez de chaque eſcalier. La
» largeur de ces eſcaliers eſt de trois palmes & demi, & la hauteur des marches
» d'un palme & d'un doigt & demi ; les ſieges ſont une fois plus hauts. Ces eſca-
» liers étoient pour la commodité de ceux qui étant placez avoient beſoin de
» ſortir pour quelque neceſſité : ils ſervoient encore à ceux qui ne pouvant
» plus trouver place étoient obligez de ſe tenir debout ſur ces eſcaliers. Entre
» les portes exterieures des portiques & les interieures il y a cette difference
» que les interieures ſont quarrées & plus grandes, & que les exterieures plus
» petites ſe terminent en rond. Ce portique ſuperieur eſt large de quinze palmes
» & un quart, & haut de douze & trois quarts ; il eſt ainſi plus large que haut,
» & il eſt aiſé d'en deviner la raiſon ; c'étoit de peur que les ſpectateurs ſor-
» tans ou entrans en foule ne fuſſent trop anguſtiez. Ce portique n'arrive
» pas juſqu'aux angles du theatre, mais il laiſſe de chaque côté un intervalle
» de trente cinq palmes ; cet eſpace juſqu'aux angles eſt occupé par quatre
» degrez, qui étoient diſtinguez des degrez inferieurs en cela ſeulement, que
» le plus haut de ceux du peuple étoit plus large que les autres, & faiſoit une
» eſpece de ceinture ou de petite aire, qui diſtinguoit ceux de deſſus de ceux
» de deſſous. C'étoit apparemment la place des licteurs, des ſergens & des com-
» miſſaires des Magiſtrats, qui ſe tenoient là attentifs à leurs ordres, & peut-
» être pour mettre le hola, s'il arrivoit quelque querelle ou quelque tumulte
» dans les rangs populaires placez au deſſous d'eux. Ce qui s'obſervoit encore
» à Athenes, comme nous l'apprend le Scholiaſte ſur l'Irene d'Ariſtophane.

» piciant : ut ſpiritu per eas admiſſo theatrum refrige-
» raretur, nec aer immotus & ſtagnans obtorpeſce-
» ret. In haſce januas ſcalaria ſeptem aſcenſum præ-
» bent, erumpentia ab imo equeſtrium gradu, qui
» ad orcheſtram : non quidem perinde interſecta &
» variantia, ut in pleriſque amphitheatris ; ſed recto
» ductu & continentia : quo fit, ut cuneos efficiant
» quam longiſſimos, & aſpicientium oculis oppido
» quam jucundos ; ab imis nempe ſubſelliis ad ſum-
» ma. Erant autem hæc ſcalaria viæ inter cuneos ad
» aſcenſum : nam cum gradus illi ſedentarii elatiores
» eſſent quam pro modulo humani greſſus, nec niſi
» ſumma cum difficultate ſcandi poſſent ; ſolerter ad-
» modum excogitata ſunt hæc ſcalaria, binis ſingu-
» lis gradibus interjecto tertio, niſi ubi præcinctio-
» nes interveniunt ; ibi enim quaterni inferuntur.
» Horum κλιμακίων latitudo palmorum trium cum di-
» midio ; graduum vero altitudo palmi & ſeſquidi-
» giti. Quam quidem dimenſionem duplam exhibent
» ſubſelliorum gradus. Hæc ſcalaria eo adhibita, ut
» cuneata illa multitudo expeditum haberet exitum,
» ac veluti ad manum, quo ſe cumque vertiſſent ; ne
» illo intercluſo, ad corporis neceſſitudines ſubeun-
» das adigerentur. Porro qui excuneati erant, ut
theatrali verbo utar, in iis ſpectabant ſtantes. Inter «
januas internas externaſque illud intereſt diſcrimi- «
nis, quod internæ quidem ſunt quadratæ, & latius «
patent : externæ vero arcuatæ & minores. Eſt præ- «
terea ſuperior illa porticus lata palmos XV. cum «
quadrante : alta vero XII. cum dodrante : ergo «
latitudo altitudine major. Quam ob cauſam ? in pro- «
ximo ratio. Ut ne videlicet dum glomeratim ingre- «
diuntur vel egrediuntur, porticus anguſtia labora- «
rent. Quæ quidem porticus ad theatri angulos mini- «
me pertingit ; ſed multo ante ſubſiſtit utrimque «
exſecaturque, XXXV. palmorum intervallo, quod «
implebant quaterni gradus : a ſuppoſita cavea eo «
tantum diſcreti, quod ſummus popularium latitu- «
dine cæteros anteibat, atque erat veluti præcin- «
ctiuncula quædam, ſive areola, ſuperiorem ordi- «
nem ab inferiore diſpeſcens : unde ſuſpicari ſubit «
ſediſſe eo loci lictores, accenſos, viatores, appa- «
ritores, alioſque magiſtratuum ſatellites ; cum ut «
eorum obſequio præſto eſſent, tum ut ſubjectam «
caveam a contentionibus & rixis deterrerent, tri- «
conumque inſolentiam frangerent. Quod Athenis «
etiam in uſu fuiſſe comperio ex Ariſtophanis Scho- «
liaſte in *Irenem* : in quam ego ſententiam eo liben- «

Ce qui me confirme dans ce ſentiment, eſt que dans ces rangs de degrez il y a des eſcaliers dérobez qui conduiſent à ce qu'on appelloit *carceres* les priſons, l'une deſquelles ſubſiſte encore ; on y voit même des anneaux de fer attachez au mur pour y lier les malfaiteurs. Il faut ajouter à cela que ce portique eſt coupé par le milieu d'un eſpace de vingt-deux palmes ; dans cet eſpace il y a de chaque côté quatre degrez larges de ſept palmes & demi, que je crois avoir ſervi à ces licteurs pour s'y tenir, & avoir l'œil de tous côtez pour faire garder le bon ordre. Je ſuis perſuadé qu'au milieu de cette ſtructure entre ces degrez il y avoit quelque ſtatue ; il paroit en effet quelques traces d'une ancienne baſe ; il ſemble que ce lieu ainſi diſpoſé demandoit une ſtatue, & qu'elle devoit être là bien placée tant pour l'ornement, que pour marquer la moitié de l'hemicycle. Les côtez de la baſe étoient larges de ſix palmes & trois quarts. Au plus haut degré du theatre il y a ſix fenêtres en demi-cercle, trois à chaque angle : étoit-ce pour donner de l'air ? j'avoue que je ne comprens pas à quel uſage elles pouvoient être ; on me feroit plaiſir de me l'apprendre. Audeſſus du portique il y avoit encore quatre degrez : il eſt difficile de comprendre pour quelles ſortes de gens ils étoient deſtinez ; les Senateurs étoient dans l'orcheſtre, les Chevaliers aux quatorze premiers degrez, le peuple aux degrez ſuperieurs : à qui donc ſervoient ceux-ci ? Je croirois volontiers, ſans oſer l'aſſurer, que c'étoit la place des ſerviteurs, des affranchis, des femmes publiques & d'autres gens de cette ſorte qui ne méritoient pas de tenir rang même parmi le peuple. Le plus haut de ces quatre degrez eſt le plus large de tout le theatre ; c'étoit peutêtre pour y placer des ſieges & y faire aſſeoir ces femmes : il ne leur étoit permis par un decret d'Auguſte d'aſſiſter à ces ſpectacles que dans les plus hauts lieux, où ſe tenoient les plus petites gens & la canaille, appuiez contre le mur. Les licteurs & ceux de la garde pouvoient monter à ces plus hauts degrez par des eſcaliers qui étoient aux extrémitez & au milieu du portique. Mais par où ces valets & ces femmes ſe rendoient-ils à ces quatre degrez ? C'étoit par des eſcaliers de derriere le portique, appuiez contre la montagne, qui conduiſoient à des portes rondes par le haut ſituées à l'ex-

---

tius adducor, quod ab illis ipſis gradibus ſcalæ quædam ſecretæ per occultos mæandros in carceres ducunt ; quorum alter ſuperſtes adhuc, in eoque bojæ muro affixæ, ſive annuli ferrei deligandis maleficis. Adde, hanc ipſam porticum in medio frangi, relicta intercapedine palmorum viginti duûm : in qua utrinque gradus quaterni, porrecti palmos ſeptem cum ſemiſſe. Quos ea fini ſtructos arbitror, ut ſatellites undique ſedilibus imminerent, pacificandæ caveæ. In eorum medio ſpatio ſtatuam aliquam ſtatutam fuiſſe, veſtigia quædam nos monent, tametſi fugientia ac pene obliterata : ipſius nempe baſeos indicia : quod vel ipſa ſtructuræ ratio, & operis concinna modulatio poſtulabat, ad totius hemicycli medium deſignandum. Hujuſce baſeos latera palmorum ſenûm cum dodrante. In ſummo caveæ gradu, ad utrumque theatri angulum, ſex patent fornicatæ feneſtræ, ternæ utrimque. Num aëri admittendo ? equidem nullus aſſequor. Si quis earum uſum me docuerit, magnam a me profecto inibit gratiam. Supra porticum quatuor item gradus adjecti ſunt. At cui ordini ? Sane ſenatorius in orcheſtra, equeſtris in quatuordecim, plebs in cavea. Quid præterea reliquum ? Cum hos gradus animo volverem, pene de gradu dejectus ſum. Si tamen in re adeo obſcura conjecturis uti licet, crediderim in remotiſſimis illis gradibus ſpectaſſe ſervos, libertos, meretriculas, & alia id genus e pullata plebecula propudia : ne videlicet ejuſmodi ſordes cum honeſtiore plebis ordine conjungerentur. Juvat opinionem noſtram ſupremi gradus ſtructura, qui omnium latiſſimus, etiam ſi vel ipſas præcinctiones annumeres. Quod eo concilio factum exiſtimo, ut eſſet locus in plano ſediculis locandis, fœminarum ſeſſioni. Nam illis, ex Auguſti decreto, nonniſi ex ſuperiore loco ſpectare licebat : ubi etiam deſpectiſſimi ſtabant, parieti innixi, &

pulla ſordida veſte
Inter fœmineas ſpectabat turba cathedras.

ut ait Calpurnius. A lictorum ſedilibus in ſummam hanc gradationem aſcenſum præbent quædam κλιμακίδες ; tam ad utrumque theatri cornu, quam in medio ; ut per eas ſatellites temperius accurrerent, ſi forte opus eſſet eorum operâ. At in pullatorum ſedilia quinam aſcenſus ? quinam introitus ? Optimi mehercule, & concinna quadam ratione diſpoſiti. Sunt enim ſcalæ quædam pone ſummam porticum rejectæ & projectæ, montique inſiſtentes, quæ ducunt ad arcuata quædam oſtiola

»trémité du mur du theatre, l'une desquelles subsiste encore. On voit à ce
»côté derriere le mur des pierres qui avancent, à dix palmes & demi l'une
»de l'autre; de ces pierres ce qui sort hors du mur est de forme quarrée de
»deux palmes de chaque côté. Pour en connoitre l'usage, il faut savoir que
»tant aux theatres qu'aux amphitheatres on mettoit anciennement des voiles
»pour faire ombre & garantir les spectateurs des ardeurs du soleil: ces voiles
»étoient attachez à de longues perches, soutenues au dessous par des cordes
»qui se croisoient pour les tenir plus tendues. Ces perches étoient ou passées
»par des trous pratiquez dans ces pierres, ou attachées avec des cordes à ces
»mêmes pierres, où il y avoit des creux de peur que les perches ne chan-
»geassent de place; ces creux paroissent encore ici. Audessus des quatre plus
»hauts degrez dont nous venons de parler, il y avoit un mur qui terminoit le
»haut de l'édifice, dont il ne reste qu'une petite partie, de laquelle même le
»faîte est tombé. Ces sieges sont plus hauts qu'il ne faudroit selon les regles
»de l'architecture; ils ont deux palmes & demi; si cette hauteur ne s'accorde
»pas avec Vitruve, la largeur est telle qu'il l'a prescrite; elle est de trois palmes
»& un quart. Il ne faut pas s'étonner qu'on les fist si larges, c'étoit pour em-
»pêcher que ceux d'enbas ne fussent incommodez des pieds & des jambes de
»ceux de dessus, & peutêtre encore afin que ceux qui voudroient sortir ou
»qui arriveroient tard, pussent passer derriere les spectateurs assis. Sa pré-
»cinction est deux fois plus haute que les regles ne prescrivent; elle a quatre
»palmes & trois quarts: & la largeur est de même plus grande qu'il n'est or-
»donné, elle est de six palmes & un quart. Il y avoit pour venir à ces sieges
»plusieurs portes, que le peuple appelloit *vomitoria*, parcequ'elles sembloient
»vomir une foule de monde qui couroit aux places. On alloit à ces portes
»par deux portiques, par celui d'enhaut, dont nous venons de parler, & par
»un autre pratiqué dans la montagne, qui va par plusieurs tours & détours,
»& qu'on appelleroit plus proprement une allée voutée, qu'un portique: cette
»allée n'a pas d'autre jour que celui qui vient des portes mêmes. Elle est large
»de neuf palmes & un quart, & haute de douze pieds. Il semble qu'il eût mieux
»valu que la largeur eût excedé la hauteur, comme nous avons déja dit en
»parlant du portique; je crois que la dureté de la roche dans laquelle cette
»allée est pratiquée, a empêché l'architecte de lui donner une plus grande

» in extremo muro, quorum unum tantum superstes.
» In aversa parte hujus muri mutuli quidam identi-
» dem prominent, spatio palmorum decem cum se-
» misse inter se dissidentes, formâ quadratâ, palmo-
» rum binûm in singula latera: ad quorum explana-
» tionem scire te oportet, tam theatris quam amphi-
» theatris velorum umbracula olim superduci solita,
» arcendo æstui & soli: quæ malis subrectis alliga-
» bantur, funibus inferne transversim extensis, ne
» videlicet pendula laxitate sua fluitarent. Igitur mali
» illi per excavatos in summis lapidibus orbes trajecti,
» vel funibus alligati (utrumque enim fieri solitum)
» hisce mutulis excipiebantur; in quorum medio fir-
» mitatis causâ fossulæ quædam excavatæ sunt: ne
» per lapidis lubricum antennæ lapsantes, parum fir-
» mæ nutarent. Paries supra hos gradus assurgens aëris
» contumelia dirutus est, minimaque sui parte super-
» stes, & eâ quidem absque fastigio sive coronide.
» Subselliorum gradus altiores sunt quam pro modulo
» architectonices: habent enim palmos duos cum
» quadrante, longe aliter quam Vitruvius præscrip-
» sit: latitudo ad amussim respondet regulæ Vitru-
» vianæ: est enim palmorum trium cum quadrante.
» Miraris tam effusam latitudinem? Nihil magis pro-

fecto ex usu sedentium: ne videlicet qui in supe- «
riore gradu spectabant, diuturna compressione re- «
tractioneque crurum laborarent, vel inferiores im- «
pactu pedum læderent: fortasse etiam ut pone «
transitus pateret, si qui surgerent, vel serius intra- «
rent. Præcinctionis altitudo, ad præscriptum artis, «
dupla: est enim palmorum quaternûm cum dodran- «
te; itemque latitudo, palmorum nempe senûm «
cum quadrante. In hæc sedilia per complura ostia «
aditus patet, quæ vulgus appellabat *vomitoria*: un- «
de homines glomeratim ingredientes, in subsellia se «
se fundebant, ac veluti vomebantur. In hos aditus «
binæ porticus ducunt: altera superior illa & subsi- «
dialis, qua de nos abunde: altera inferior, per ab- «
dita montis viscera in cuniculi morem serpens, & «
ab illis ipsis ostiis lumen recipiens, nisi hanc forni- «
cem appellare malis quam porticum: quæ lata pal- «
mos novem cum quadrante, alta vero duodecim. «
Structurâ præposterâ; quandoquidem oportebat ut «
latitudo altitudinem vinceret, ob eam rationem «
quam attulimus, cum de alterius porticus dimen- «
sione ageremus: sed quid faceret architectus ob- «
sistente monte? loci quadam necessitate in eam an- «
gustiam adactus est: nam, ne sis nesciens, ductum «

largeur : de là vient auſſi que cette largeur n'eſt pas toujours égale, & qu'en certains endroits la roche fait un ventre de chaque côté, & rétraiſſit le paſſage. A chacune des cornes du theatre il y a encore des ruines d'anciens édifices que l'injure des tems n'a pas épargnez, mais qui ſuffiſent encore pour marquer la magnificence de l'ouvrage ; on y voit pluſieurs voutes, dont quelques-unes ſont à demi ruinées, qui ſoutenoient la couverture de la ſcene, laquelle couverture eſt totalement détruite, enſorte qu'il n'en reſte point de trace. Tous les degrez & les ſieges du theatre pouvoient contenir ſept mille quatre cens vingt-ſix ſpectateurs aſſis, en comptant pour chacun deux palmes & demi, ſans y comprendre les eſcaliers, auxquels on doit ajouter ceux qui étoient aſſis au plus haut degré ſur le portique ou ſur des ſieges portatifs, & ceux qui ſe tenoient debout appuiez contre la muraille, qui pouvoient à mon avis aller juſqu'à mille. On y doit compter encore l'ordre des Senateurs, qui ſe tenoient dans l'orcheſtre, qui peut tenir environ ſix cens ſieges. Ainſi le tout pouvoit monter à neuf mille vingt-ſix perſonnes.

Pl. CXLI.

Voila ce que nous avions à dire pour la deſcription de la face de ce theatre : nous avons tout expliqué d'une maniere courte & ſimple ſans affecter des ornemens inutiles. Il nous reſte à parler de ce qui étoit ſur le devant, du *proſcenium*, du pulpitre, & de la ſcene. On appelloit *proſcenium* tout cet eſpace qui étoit devant la ſcene, & où étoit fabriqué le pulpitre, ſur lequel ſe rendoient les acteurs. Il ne reſte rien ici de ce pulpitre, ſinon le fondement d'un mur qui étoit éloigné de l'orcheſtre d'environ douze palmes. Ce mur ſelon les regles de l'architecture devoit être haut de cinq pieds, ou de ſix palmes & deux tiers; & cela afin que ceux qui étoient dans l'orcheſtre puſſent voir les geſtes des acteurs. Le pulpitre étoit donc plus bas que la ſcene ; ce qui s'apperçoit auſſi dans notre theatre. On entendoit par ſcene ce qui étoit entre les deux cornes ou extrémitez du theatre ; elle devoit avoir de chaque côté ſelon les regles deux fois le diametre de l'orcheſtre. Cette ſcene eſt toute ruinée dans notre theatre, excepté le mur qui la ſeparoit du pulpitre, & qui arrive juſqu'aux angles du theatre. De l'orcheſtre juſqu'à la ſcene il y a vingt-huit palmes & demi, douze deſquels étoient du *proſcenium*, &


» eſt hoc opus fornicato ſaxo ; unde nec æqua latitudine excurrit, ſed lunata forma, utrimque ſenſim arctatur & gracileſcit. In utroque theatri cornu multa exſtant veſtigia, vexata quidem tot ſæculorum injuria & afflicta ; ſed quæ operis majeſtatem abunde teſtentur, in quîs varii fornices conſpiciuntur, partim ſemiruti, partim adhuc ſuperſtites, qui ſcenæ coopertutam (ut Vitruviano verbo loquar) ſuſtinebant ; maligno quodam fato peſſundatam, nec uſquam loci comparentem. Univerſa hujus theatri gradatio (ſingulis hominibus ſpithamis ſingulis cum dimidia tributis, & ſcalariis rejectis, quæ aſcenſui & deſcenſui vacabant) capiebat hominum millia ſepties cum quadringentis viginti & ſex, quibus adjici debent qui in ſummo gradu ſupra porticum, vel illatis cathedris ſedebant, vel ſtantes & parieti innixi ſpectabant, quos mille circiter eſſe arbitror : itemque ampliſſimus ordo in orcheſtra, cujus hemicycli ambitus ſexcenta mihi ſedilia complexu ſuo videtur admittere ; quibus in unum collectis, redit ſumma hominum novies mille & vicenûm ſenûm.

» Et hæc quidem ſunt quæ pro explananda hodierna theatri facie quam breviſſime & ſtrictim mihi dicenda videntur, iis prætermiſſis, quæ ad exornationem potius & ambitioſæ eruditionis pompam, quam ad inſtitutum noſtrum pertinere videbantur. Nunc igitur ad theatri frontem convertatur oratio : in ea proſcenium, pulpitum, ſcena. Proſcenium appellarunt ſpatium illud ante ſcenam porrectum, in quo pulpitum excitatum erat, quo actores fabularum prodirent. Pulpiti in theatro noſtro nihil ſupereſt, præter muri fundamentum, ab orcheſtra diſſitum palmos circiter duodecim ; cujus muri altitudo, ſecundum architecti præſcriptum, fuiſſe videtur pedum quinûm tantum, ſive palmorum noſtratium ſenûm cum beſſe : uti qui in orcheſtra ſedebant ſpectare poſſent agentium geſtus. Igitur pulpitum depreſſius erat ſcenâ : quod in theatro noſtro etiam deprehenditur. Scenæ nomine id totum appellarunt, quod e theatri regione inter duo ejus cornua protendebatur ; cujus longitudinem ad orcheſtræ diametrum duplicem fuiſſe, veterum ſcriptis proditum eſt : ea in theatro noſtro fere tota intercidit, excepto procurrente pariete, qui inter ſcenam & pulpitum limes erat, & ad theatri angulos pertingit. Ab orcheſtra ad ſcenam palmi ſunt viceni octoni & ſemis, quorum duodecim pro-

»les autres du pulpitre : la largeur du pulpitre étoit donc de ſeize palmes & de- »mi ; cet eſpace étoit jugé ſuffiſant pour les actes ſceniques. Au milieu de »cette muraille, vis-à-vis du centre de l'orcheſtre, on voit le plan d'un hemi- »cycle, des extrémitez duquel s'élevoit en rond une muraille en voute, qui »faiſoit comme une coquille. ; c'eſt ce que nous appellons *valvæ regiæ*, des »portes roiales, à cauſe de leur grandeur & de leurs ornemens : ſelon Pollux »les Grecs appelloient cela βασίλειον & οἶκον ἔνδοξον. A droite & à gauche de cette »porte roiale il y en avoit deux autres plus petites qu'on appelloit *hoſpitalia*, »parcequ'elles étoient deſtinées pour les hôtes & les étrangers qui venoient »au ſpectacle. Il en reſte quelques veſtiges, ſur tout de celle de la gauche, »dont on reconnoit encore l'arrondiſſement ; celle de la droite a peri entie- »rement à la reſerve de quelques traces d'un mur à chaque côté de l'ouver- »ture. Dans les petites cours de chacune de ces portes il y avoit de certaines »machines triangulaires qui tournoient ſur un pivot, dont les faces expri- »moient en peinture les fables qui ſe jouoient au theatre : l'image étoit comi- »que pour les comedies, tragique pour les tragedies, & ſatyrique pour les »ſatyres. Ces differentes ſcenes avoient differens ornemens & tentures. Les »ſcenes tragiques étoient ornées de colonnes, de corniches & d'autres choſes »ſemblables qui ſentoient une magnificence roiale. Les comiques repréſen- »toient la forme des maiſons des particuliers, des fenêtres & des balcons de »perſonnes privées. Les ſatyriques étoient ornées d'arbres, d'antres, de mon- »tagnes, & d'autres choſes champêtres, en maniere de païſage. Ces machi- »nes ſe tournoient en un moment, & montroient une face de peinture con- »forme au ſujet que l'on jouoit. Les Grecs exprimoient ces repréſentations »verſatiles par ce mot περίακτοι ; c'étoit de ces machines que les dieux parloient. »Après la ſcene ſe trouvent des murailles à demi ruinées ; celle qui ſou- »tient de petites plateformes, a de grandes cannelures, ou de longs creux »où je crois qu'on inſeroit des poutres pour élever ce qu'on appelloit *peg- »mata*, qui étoient des machines theatrales ; les Grecs appelloient ces gran- »des cannelures ἐγκυκλήματα. Je crois que les autres murailles ſervoient à ſou- »tenir ce que les Grecs appelloient θεολογεῖον, κεραυνοσκοπεῖον, βροντεῖον. Le *theo- »logion* étoit le lieu où les dieux paroiſſoient pour parler au deſſus de la ſcene. »Le *ceraunoſcopion* étoit une machine haute & verſatile, de la forme d'une »guerite, d'où Jupiter lançoit la foudre. Le *brontion* étoit un lieu derriere

---

» ſcenio vacabant, reliqui pulpito aſſignati ; ergo la- » titudo pulpiti palmorum erat ſexdecim cum ſemiſ- » ſe. Quod quidem ſpatium opportunum viſum eſt » ſcenicis actionibus. In hujus parietis medio, quod » orcheſtræ centrum reſpicit, planus exſtat hemi- » cyclus, ex cujus circinatione teſtudineatus, ſive » convexus murus aſſurgebat, qui in modum con- » chæ fornicabatur : id appellamus *valvas regias*, ab » ornatu & amplitudine. Græci βασίλειον & οἶκον ἔνδο- » ξον, teſtante Polluce. Singulæ utrinque portæ erant » eadem forma, ſed minores, quas vocabant *hoſpi- » talia*, propterea quod hoſpitibus & peregre adve- » nientibus in ſcenam deſtinatæ. Quædam exſtant ea- » rum veſtigia in ſcena noſtra, ejus præſertim quæ » ad ſiniſtram, cujus rotundationem licet deprehen- » dere : dextra periit funditus, niſi quod reliqua ſunt » muri utriuſque lateralis indicia quædam, ad aper- » tionis angulos. In earum ſingulis areolis machinæ » collocatæ erant triangulares, axibus verſatiles, qua- » rum frontes depictæ erant pro fabularum, quas » agebant, opportunitate ; comica nempe ſcena pro » comœdiis, tragica pro tragœdiis, ſatyrica pro ſa- tyris. Quæ quidem ſcenarum genera diſſimili ad- « modum diſparique ratione ornabantur : tragicæ ni- « mirum columnis, faſtigiis, ſignis cæteriſque re- « gali magnificentia inſtructis : comicæ autem ædifi- « ciis privatis, mœnianiſque, ac feneſtris commu- « nium domorum ſpeciem referentibus : ſatyricæ ve- « ro, arboribus, ſpeluncis, montibus, aliiſque id « genus rebus agreſtibus, topiario opere deformatis ; « ergo pro fabulæ argumento machinæ illæ ſubito ver- « tebantur, & aliam proinde picturæ faciem oſten- « debant : idcirco dictæ a Græcis περίακτοι ; a varia- « tione nempe & vertigine. Ex illis machinis dii lo- « quebantur. Poſt ſcenam multiplices exſtant muri « ſemiruti, ex quibus ille qui areolas ſuſtinet, ſtrias « quaſdam exhibet, ſive ſulcos, quibus trabes duc- « tiles inſertas arbitror ad pegmata ſurſum trahenda, « quæ Græci vocant ἐγκυκλήματα. Reliquis parietibus « ſuperſtructa fuiſſe autumo loca illa, quæ græce « θεολογεῖον, κεραυνοσκοπεῖον, βροντεῖον. Θεολογεῖον, locus « erat unde dii loquuturi e ſublimi ſuper ſcenam « apparebant. Κεραυνοσκοπεῖον, alta verſatilis machina « inſtar ſpeculæ, ex qua Jupiter fulmina ejaculaba- «


THEATRE
CXLI. Pl. a la 244. page T. III
PLAN DU THEATRE DE SAGONTE
Mr Marti doien d'Alicante
Tome III 141

la ſcene, où avec des outres & des chaudrons pleins de petites pierres on imitoit le tonnerre. Il faut ajouter à cela ce qu'on appelloit *chorages*, qui devoient être aſſez grands tant pour y préparer les chœurs de muſique, que pour garder les habits & les inſtrumens qui ſervoient à la ſcéne; c'étoit de là qu'on tiroit tout ce qui paroiſſoit aux yeux. Il reſte encore une partie de ces chorages vers le côté gauche de la ſcene. Comme ce theatre eſt ſur le penchant de la montagne, expoſé aux torrens & aux chûtes d'eau en tems de pluie, il auroit été bientôt ruiné, ſi on ne l'avoit mis à couvert par deux grands murs en forme de digues qui arrêtent la violence des eaux, & les détournant d'un côté & d'autre garantiſſent ainſi ce ſuperbe bâtiment. Les eaux de pluie qui tomboient ſur les degrez du theatre s'écouloient de tous côtez dans l'orcheſtre, & de là dans le *proſcenium*, d'où elles ſe dégorgeoient dans le cloaque qui eſt encore aujourd'hui audeſſous du pulpitre. J'y ſuis entré une fois avec mon bon ami Vincent Turrez, jeune homme d'eſprit & de merite, qui m'a auſſi aidé à prendre les meſures de ce theatre, & à connoitre au vrai toutes ſes parties, malgré les ruines & les changemens que le tems y a faits. Voila ce que j'ai pu remarquer ſur le theatre de Sagonte. Je ne doute pas qu'il n'y ait bien des choſes qui ne plairont peutêtre pas à un homme auſſi éclairé que vous l'êtes, & que le ſont ordinairement les gens de votre payis. Je vous prie d'y corriger ce qui meritera votre cenſure; je ſai que cette ſorte d'étude eſt de votre goût; je l'ai appris pendant mon ſejour à Rome & en Italie, cette maitreſſe du monde, où les études & les belles lettres fleuriſſent, & où les beaux eſprits ſe trouvent en plus grand nombre qu'en tout autre payis. De notre cabinet ce 8. Janvier 1705. «

Comme il eſt ſouvent ici parlé des palmes, qui ſont une meſure ordinaire de l'Eſpagne, il eſt bon d'avertir que le palme fait les trois quarts du pied de Rome, c'eſt-à-dire neuf pouces; & que comme le pouce d'Italie eſt plus petit que le nôtre, le pied qui a douze pouces de ce payis-là, n'en a qu'onze de notre pied de Roi: je ne ſai pourtant pas ſi le palme d'Eſpagne eſt different de celui de Rome.

» tur. Βροντεῖον, locus poſt ſcenam, in quo utribus vel lebetibus calculis confertis, & per aëra verſatis, tonitruum fragorem imitabantur. Adde choragia, quibus maxime opus erat amplitudine & laxamento, cum ad choros parandos, tum ad ſcenicas veſtes, reliquamque ſcenæ ſupellectilem & inſtrumenta aſſervanda; inde enim promebantur omnia ad ludos neceſſaria. Horum choragiorum etiam hodie parte fruimur ſuperſtite, ad ſiniſtrum ſcenæ latus. Quoniam vero hoc theatrum, in declivi montis ſitum, pronas in ſe habebat aquarum corrivationes, quarum lapſu & impetu torrente brevi conſenuiſſet, objecti ſuperius ſunt muri quidam, in modum alarum utrimque porrecti, qui ædificio huic πολυτελεστάτῳ inſtar aggerum eſſent, ipſumque ab aquarum, ut ita dicam, incurſionibus, conſepirent communirentque, quorum illac repulſu fractæ & diſgreges, per præcipites montis amphractus irrito lapſu divertebantur. Illæ vero quæ gradibus impluebant, in orcheſtræ conflugem undique collabentes, per proſcenium pulpitum ſubibant; ſubter quod erat cloaca, quæ univerſam illam proluviem excipiebat. Superſtes adhuc, quamque ego inveſtigandi cupidine libentiſſime ſubivi, una cum Vincentio Turreſio, ornatiſſimo juvene, mihique arctiſſima neceſſitudine conjunctiſſimo, qui mihi etiam adjumento fuit in hoc opere dimetiendo, ex ejuſque ruderibus, & pene abolitis veſtigiis veritate eruenda. Hæc ſunt quæ ad Saguntini theatri illuſtranda veſtigia ex paupertina noſtra penu depromere licuit, vir ampliſſime; in quibus non dubito fore pleraque, quæ defæcatiſſimo tuo judicio parum arrideant; quæ uti caſtigatiora reddas, per fortunas, oro atque obſecro. Scio enim quam ſint veſtrates antiquitatum ejuſmodi ſagaces: nec neſcio quam tu in ea ſtudia devexus, ex quo urbem tenui, & rerum dominam Italiam; Italiam, literarum ſtudiorumque altricem, eruditionis faſtigium & columen, ingeniorumque proventu regionum omnium feraciſſimam. Vale. Ex Muſeo noſtro, VIII. Eid Januarias MDCCV. «

Cum hic ſæpiſſime palmi memorentur, qui in Hiſpania vulgo adhibentur; non abs re erit admonere palmum dodrantem ſeu tres quartas partes pedis Romani efficere, id eſt, pollices novem: pollicemque Italum hodiernum noſtro eſſe minorem, ita ut pes qui duodecim pollices Italos habet, undecim tantum noſtros habeat. Neſcio utrum in Hiſpania aliquid interſit in hac menſura diſcriminis.

CHAPITRE IV.

I. Plan du theatre de Pompée. II. Le theatre de Pola.

I. IL y a plus de cent cinquante ans qu'on a gravé à Rome la face exterieure du theatre de Pompée à trois ordres d'architecture; mais comme ce theatre étoit deslors presque entierement ruiné, & que les differentes parties des masures se trouvoient dans plusieurs maisons voisines, ceux qui l'ont fait graver n'ont eu d'autre guide que leur imagination, & n'ont rien donné qu'au hazard. Le Serlio qui dessina à Rome le plan & le profil du theatre de Marcellus, n'eut garde d'entreprendre de dessiner celui-ci, ne voulant rien donner de hazardé, comme l'est assurement ce beau theatre de Pompée, dont plusieurs ont donné le dessein. Il n'en est pas de même du plan du même theatre que nous représentons ici après le Bellori, tiré de la table ichnographique gravée sur une grande pierre du tems de l'Empereur Septime Severe, où tout le plan de la ville de Rome étoit dessiné avec les noms des lieux en particulier. Le plan du theatre y est presque tout entier; l'orchestre y est à proportion beaucoup plus petite que celle du theatre de Marcellus. Quinze escaliers montent en droite ligne depuis l'orchestre jusqu'à l'extrémité d'enhaut: on y voit une précinction ou ceinture qui distinguoit les places des Chevaliers Romains de celles du peuple. Les bâtimens du dedans, où étoient l'avantscene, le pulpitre & la scene excedoient en longueur toute la largeur du theatre. Derriere ce grand édifice du theatre il y avoit de grandes colonnades, qui formoient des galleries qu'on appelloit les portiques de Pompée. Ce fut après la guerre contre Mithridate, que Pompée victorieux fit bâtir ce theatre en la même forme que celui de Mitylene, mais plus grand & plus magnifique. Demetrius affranchi de Pompée, & non pas Pompée lui-même, raconte Dion, bâtit ce theatre sous le nom de Pompée, de peur qu'on ne trouvât étrange qu'un affranchi eût pu ramasser assez d'argent pour construire un si superbe édifice. Ce theatre selon Pline pouvoit contenir quarante mille spectateurs.

PL. CXLII (in margin beside the passage on the table ichnographique)


PL. CXLIII. II. Le theatre de Pola ville de Dalmatie ou d'Istrie, comme d'autres veulent, a quelque ressemblance avec celui de Sagonte en ce que les degrez

CAPUT IV.

I. Theatri Pompeii ichnographia. II. Theatrum Polense.

I. AB annis plus centum quinquaginta facies exterior theatri Pompeii Romæ in ære incisa fuit terno architecturæ ordine: sed cum theatrum illud tunc solo æquatum esset, & cum diversæ ejus partes & rudera diversis in ædibus essent, qui illud delineavere ex imaginatione sua & ut fortuito res menti sese offerebant, illud depinxere. Serlius qui Romæ theatri Marcelli ichnographiam & orthographiam delineavit, ab hoc delineando abstinuit, quod nollet incertum quidpiam & commentitium proferre, quale est theatrum illud Pompeii a plurimis ad fidem prioris delineationis publicatum. Non idem dicendum de ichnographia ejusdem theatri, quam hic post Bellorium afferimus, qualis repræsentatur in Vestigio veteris Romæ tempore Septimii Severi adornato, ubi cum ichnographia nomina locorum exstabant. Theatri vestigium pene integrum ibi visitur. Orchestra attenta proportione longe minor videtur ea quæ in theatro Marcelli conspicitur. Quindecim gradus ab orchestra ad usque summum theatri verticem pertingebant. Præcinctio seu cingulum sedes equitum secernebat a plebeiis: pulpitum cum scena longitudine totam theatri diametrum excedebant. Pone theatrum columnarum ordines erant, queis porticus efformabantur, quibus nomen porticus Pompeii. Post bellum Mithridaticum Pompeius victor hoc theatrum, qua forma erat Mitylenense, sed majus magnificentiusque construxit Demetrius Pompeii libertus, non autem ipse Pompeius, inquit Dio, hoc theatrum exædificavit Pompeii nomine, ne res insolens esse videretur, quod libertus tantum pecuniæ corrasisset, quantum esset ad tam sumtuosum ædificium construendum satis. Hoc theatrum quadraginta millia spectatorũ capere poterat.

II. Theatrum Polæ urbis Dalmatiæ vel Istriæ, ut alii volunt, hac in re Saguntino simile est quod gra-


CXLII. Pl. a la 246. page T. III
THEATRE
DE POMPÉE
Bellori
Tome III 142



où les ſieges des ſpectateurs qui vont toujours en montant par gradation, ſont pratiquez ſur le penchant d'une montagne, au lieu que l'orcheſtre, la ſcène & les autres parties du même côté ſont en un terrain plain & uni. Il paroit, dit le Serlio, par les maſures qu'on en trouve diſperſées par ci par là, que c'étoit un ouvrage magnifique & d'un habile maitre ; on y trouvoit de ſon tems des grands monceaux de colonnes d'ordre Corinthien. L'orcheſtre a environ cent trente pieds de diametre ; les degrez ou les ſieges qui regnent tout autour, en y comprenant les deux *précinctions*, ont ſoixante pieds de haut : la *précinction* du milieu eſt au quatorziéme degré, ou au quatorziéme ſiege circulaire en comptant par le bas. Le portique qui entoure le theatre eſt de quinze pieds de large. Les piles qui ſont vers les *hoſpitalia* ont ſept pieds & demi de large ; les piles des autres colonnes qui ſont tout autour n'ont que cinq pieds. Il y a environ dix pieds d'eſpace vuide entre les piles. Deux grands quarrez au côté de la ſcene marquent les *hoſpitalia*, qui donnoient entrée au veſtibule, par où on alloit à la *précinction* du milieu, comme on peut voir dans la figure ſuivante, au bas de laquelle on voit des traces du veſtibule. Les *hoſpitalia* ou les appartemens des étrangers ont quarante-cinq pieds en quarré. Le pavé de la ſcene a vingt-un pieds de large ; le portique en a vingt-ſept, & ſa longueur eſt pareille à celle de tout l'édifice. Audeſſus du plan de l'édifice on ajoute le profil, où l'on voit l'arc & la forme du portique. Les deux autres arcades marquent les chemins qui étoient ſous les degrez ou les ſieges ; on y ajoute la corniche des arcs. Il n'étoit pas beſoin de degrez par dehors pour monter à ce theatre, au lieu d'y monter on y deſcendoit par la montagne. Il y avoit encore à chacun des deux degrez de la ſcene une avenue qui conduiſoit aux ſieges ; cette avenue avoit apparemment quelques degrez pour y monter. Le pulpitre eſt ici quarré, & avance dans le *proſcenium*. Les eſcaliers de la ſcene pour monter au ſecond étage étoient à l'extrémité de chaque côté entre la ſcene & les *hoſpitalia*, & ſervoient apparemment pour l'un & pour l'autre. Il paroit qu'à l'extrémité des degrez ou des ſieges du theatre tout en haut il y avoit un portique ou une galerie comme au theatre de Sagonte. L'ouvrage étoit d'ordre Corinthien, comme nous avons dit. La ſcene, dit le Serlio, étoit à deux étages & à deux rangs de colonnes l'un ſur l'autre. Les portes & les fenêtres étoient de ſtructure magnifique. Le bas d'ordre ruſtique & ſans co- Pl. CXLIV.

---

dus vel ſpectatorum ſedilia, quæ gradatim in altum tendunt, in declivi montis ſtructa ſint, cum contra orcheſtra, ſcena aliæque in eodem latere partes in plano loco ſint ædificatæ. Ex ruderibus hinc inde diſperſis, inquit Serlius, arguitur fuiſſe opus magnificum doctique artificis. Ejus tempore paſſim occurrebant ingentes acervi columnarum ordine Corinthio. Orcheſtræ diametros eſt centum circiter & triginta pedum. Gradus ſive ſedilia circumpoſita, ſunt altitudine pedum ſexaginta. Præcinctio media in quartodecimo gradu eſt ab ima parte numerando. Porticus qua theatrum circumdatur eſt latitudine pedum quindecim. Pilæ quæ ad hoſpitalia erant, ſeptem pedes atque dimidium in fronte habent, columnarum vero aliarum pilæ quinque tantum pedum ſunt. Inter pilas ſpatium vacuum eſt decem pedum : duo magna quadrata ſpatia ad ſcenæ bina latera hoſpitalia ſunt, ex quibus in veſtibulum intrabatur, per quod veſtibulum in mediam præcinctionem aſcendebatur, ut in ſchemate ſequenti videre eſt, in cujus ima parte veſtibuli veſtigia conſpiciuntur. Hoſpitalia quadrata quadraginta quinque pedum quaquaverſum ſunt. Scenæ pavimentum viginti & unius pedum latitudine eſt : porticus autem viginti ſeptem, ejuſque longitudo totius ædificii longitudinem æquat. Supra ichnographiam ædificii orthographiæ pars adjicitur, ubi arcus formaque porticus viſuntur : duo alii arcus meatus illos denotant, qui ſub gradibus erant : arcuum autem coronis hic adjicitur. Non erat ſcalis exterioribus opus ut in theatrum conſcenderetur, nam per montis declivem partem in illud facile deſcendebatur. In utraque parte ſcenæ via erat ad gradus ſive ſedilia ; quæ utique via aliquot, ut videtur, gradibus inſtructa erat: pulpitum hic quadratum erat, atque in proſcenio ſtructum. In ſcena ſcalæ utrinque erant queis ad tabulatum ſuperius aſcenderetur, quæ ſcalæ inter ſcenam & hoſpitalia adornatæ fuerant, & ad utrumque, ut videtur, ædificium uſui erant. In extrema graduum ſeu ſedilium parte, ut videtur, porticus erat ut in theatro Saguntino : opus erat Corinthii ordinis, ut diximus. Scena tabulata duo habebat duoſque columnarum ordines, alterum alteri impoſitos. Portæ atque feneſtræ magnificæ erant ſtructuræ : ima pars ordine ruſtico ſine columnis altitudine erat pedum ſexdecim : ſtylo-

lonnes, avoit ſeize pieds de haut. Les piedeſtaux des colonnes du premier étage avoient cinq pieds de haut; les colonnes avec leurs baſes & leurs chapiteaux étoient hautes d'environ vingt-deux pieds. Les colonnes & les piles enſemble ont cinq pieds d'épaiſſeur; les colonnes ſeules ont environ deux pieds & demi de diametre. L'ouverture des arcades eſt de dix pieds, & leur hauteur de vingt ou environ. L'architrave, la friſe & la corniche ont à peu près cinq pieds. Les piedeſtaux du ſecond étage ſont d'environ quatre pieds & demi: les colonnes ont environ ſeize pieds de haut; l'architrave, la friſe & la corniche quatre pieds. Les autres pieces de ce magnifique theatre que le Serlio a repréſentées, ſe trouvent dans la planche ſuivante.

---

batæ columnarum primi tabulati quinque pedum altitudine erant, columnæ cum baſibus atque capitellis erant viginti duorum circiter pedum altitudine. Columnæ & pilæ ſimul ſunt ſpiſſitudine quinque pedum, columnæ ſolum duorum atque dimidii pedum diametron habent: arcuum interior latitudo decem pedum eſt, altitudo circiter viginti. Epiſtylium, zophorus & coronis quinque circiter pedes ſimul habent: ſecundi tabulati ſtylobatæ ſunt quatuor circiter pedum & dimidii, columnæ ſexdecim plus minus pedum, epiſtylium, zophorus & coronis quatuor. Aliæ hujus theatri particulæ quas Serlius repræſentavit, in tabula ſequenti conſpiciuntur.

CHAPITRE V.

*I. Theatre d'*Alauna, *qui eſt aujourd'hui Valogne. II. Theatres d'Orange & de Narbonne. III. Theatre entre Ferento & Vetulonio. IV. Difference entre le theatre Grec & le theatre Romain.*

PL. CXLV

I. LE plan du theatre d'*Alauna*, qui eſt aujourd'hui la ville de Valogne en Normandie, a été levé par l'ordre de l'illuſtre M. Foucault alors Intendant de Normandie. Il eſt fort different des autres theatres, qui ne font qu'un hemicycle, en ſorte que la ligne qui termine le theatre feroit le diametre du cercle s'il étoit entier. Ici le theatre contient beaucoup plus que le demi cercle; le diametre eſt de trente-quatre toiſes, ou deux cens quatre pieds, & la ligne qui termine le theatre n'eſt que de trente-deux toiſes, ou cent quatre-vingt douze pieds. L'orcheſtre occupe encore bien plus d'eſpace audelà de l'hemicycle que le theatre; elle a douze toiſes & demi de diametre, qui font ſoixante-quinze pieds, & la ligne qui la termine n'a que neuf toiſes & demi, qui font cinquante ſept pieds. Le *proſcenium* a de même cinquante-ſept pieds de longueur ſur environ douze de largeur. Le pulpitre a quarante-trois pieds de long ſur environ douze de large. Tous les bâtimens qui étoient ſur le devant, ſavoir la ſcene & les appartemens des étrangers, ſont ſi abſolument


---

CAPUT V.


I. Theatrum Alaunæ hodie Valogne. *II. Theatra Arauſicanum & Narbonenſe. III. Theatrum inter Ferentum & Vetulonium. IV. Diſcrimen theatrum inter Græcum & Romanum.*

I. ICHNOGRAPHIA theatri Alaunæ, cujus hodie rudera in Nortmanniæ oppido *Valogne* dicto viſuntur, juſſu illuſtriſſimi deque republica literaria bene meriti D. Foucault delineata fuit. Ab aliis vero theatris multum diſcrepat, quæ hemicyclum tantum habent, ita ut linea illa quæ theatrum terminat, diametros circuli foret ſi circulus eſſet integer. Hoc vero theatrum longe plus quam hemicyclum continet: diametros eſt ducentorum quatuor pedum regiorum; linea vero quæ theatrum totum claudit, centum & nonaginta duos pedes ſolum habet. Orcheſtra longe magis hemicyclum excedit, quam ipſum theatrum: nam ejus diametros eſt ſeptuaginta quinque pedum, linea vero quæ orcheſtram claudit quinquaginta ſeptem tantum regios pedes habet. Proſcenium eadem eſt longitudine quinquaginta ſeptem pedum, latitudineque duodecim. Pulpitum quadraginta tribus pedibus longum eſt, & latum duodecim. Omnia ante theatrum poſita ædificia, ſcena ſcilicet & hoſpitalia, ita diruta ſunt ut ne quidem

THEATRE DE POLA



Serlio



Serlio




THEATRE
CXLIV Pl. a la 248. pag T III
Serlio
Tome III 144

ruinez, qu'on n'en a pu même lever le plan. Ce theatre a deux *précinctions*, ſans compter la derniere qui le termine : il a dix eſcaliers qui vont du haut en bas ; ce qu'il y a ici de particulier, eſt qu'ils ſont rangez deux à deux en lignes paralleles. Ce theatre après ceux de Rome eſt plus grand que tous ceux que nous avons vu ci-devant. Il faut ſe ſouvenir toujours que nos pieds ſont d'un bon pouce plus grands que les Romains.

II. De la Piſe met parmi les antiquitez d'Orange un theatre qu'il appelle cirque. Le deſſein en eſt ſi mal executé, que je n'ai oſé m'y fier : la face ſeptentrionale qui eſt de magnifique ſtructure a, dit-il, cent huit pieds de hauteur ; ce ſont les bâtimens qui compoſent la ſcene & les *hoſpitalia*. L'hemicycle qui compoſe l'orcheſtre eſt fort grand, & cela fait que les degrez qui étoient les ſieges des ſpectateurs, ſont en fort petit nombre, l'orcheſtre emportant la meilleure partie de l'eſpace. Je croi qu'il n'y a pas plus de dix ſieges ou *cunei*. Les eſcaliers pour monter de l'orcheſtre aux ſieges ſont au nombre de dix, qui ne vont que juſqu'au milieu des ſieges. Depuis le milieu juſqu'au haut du theatre il y a dix autres eſcaliers, mais qui ne répondent pas à ceux de deſſous. On n'a jamais vu dans aucun theatre ni amphitheatre un ſi grand nombre de *vomitoria* qu'on en voit ici ; je croi qu'il y en avoit plus de trois cens. Il y avoit dans les Gaules un grand nombre de theatres : Sidonius Apollinaris en met un à Narbonne, mais il eſt ſi abſolument détruit, qu'il n'en reſte plus de trace.

III. Entre Ferento & Vetulonio villes de Toſcane, il y a des reſtes d'un theatre dont le même Serlio a donné le plan. Il n'étoit pas magnifique, dit-il, dans ſa ſtructure, mais ſingulier dans ſa forme : la ſcene eſt differente de toutes les autres, elle eſt trop ruinée pour qu'on en puiſſe connoitre la diſpoſition & celle du pulpitre. L'orcheſtre beaucoup plus grande à proportion du reſte du theatre que ne le ſont toutes les autres, a cent quarante & un pieds & demi de diametre ; l'hemicycle du theatre où étoient les ſpectateurs, n'en a que trente-cinq en tout, en y comprenant le portique. La pile de l'angle a cinq pieds des deux côtez. L'entrée du portique qui conduit à la ſcene a huit pieds de largeur. Les *cunei*, c'eſt-à-dire tous les degrez circulaires enſemble, où s'aſſeioient les ſpectateurs, ont vingt-deux pieds de largeur. Le mur qui environne l'orcheſtre a trois pieds & demi d'épaiſſeur. Les deux appar-

---

veſtigium delineari potuerit. Theatrum illud duas præcinctiones habet, non connumerata illa quæ theatrum terminat : decem inſtructum ſcalis eſt quæ ab ima parte ad ſupremam pertingunt ; quodque in iis ſingulare obſervatur, ſcalæ binæ ponuntur, ita ut quinquies binas numeres quæ ſunt παράλληλοι. Hoc theatrum poſt Romana, omnium quæ hactenus vidimus maximum eſt. In mente revocandum eſt pedes noſtros regios eſſe uno ſaltem pollice Romano pede majores.

II. Inter Arauſicanas antiquitates, Piſæus theatrum repræſentat, quod ipſe circum appellat ; ita impetite delineatum, ut ejus exemplari uti non auſus ſim. Septentrionalis facies magnifice ſtructa, inquit ille, eſt altitudine centum & octo pedum. Hæc ædificia ſcenam & hoſpitalia conſtituebant. Orcheſtræ hemicyclus peramplus eſt ; ideoque gradus, qui ſpectatorum ſedilia erant, parvo numero ſunt ; majorem namque ſpatii partem orcheſtra occupabat : non puto plures eſſe cuneos ſeu ſedilia quam decem. Scalæ quibus ab orcheſtra ad ſedes conſcenditur, decem ſunt, quæ ad medium tantum ſedilium pertingunt. A medio autem ad ſummum theatrum totidem aliæ ſcalæ ſunt, ſed quæ inferioribus ſcalis non reſpondent. In nullo unquam theatro vel amphitheatro tot vomitoria viſa ſunt, quot hic conſpiciuntur. Puto plura trecentis eſſe. In Galliis magnus erat, ut puto, theatrorum numerus. Sidonius Apollinaris Narbonenſe theatrum commemorat, cujus ne veſtigium quidem ſupereſt.

III. Inter Ferentum & Vetulonium Hetruriæ urbes, reliquiæ ſunt theatri cujus Serlius ichnographiam edidit. Non erat, inquit ille, ſtructura magnificum, ſed forma ſingulare. Scena ab omnibus aliis ſcenis longe differt, adeoque labefactata eſt, ut vix ejus atque pulpiti poſituram noveris. Orcheſtra proportione habita ad theatri amplitudinem longe major cæteris, pedum centum quadraginta & unius diametron habet : Hemicylus theatri ubi ſpectatores erant, triginta quinque ſolum pedes habet cum porticu. Pila quæ in angulo eſt, quinque pedes in utraque parte habet : porticûs ingreſſus quo ad ſcenam itur, octo pedum eſt latitudine. Cunei ſive gradus circulares ſimul in queis ſpectatores ſedebant, latitudinem habent viginti duorum pedum. Murus quo orcheſtra circumdatur trium eſt pedum. Hoſpitalia duo ad

temens des étrangers, nommez *hospitalia*, qui sont aux deux extrémitez de la scene, ont quarante pieds & demi de long, & trente de large. Les arcades ont neuf pieds de vuide; le *proscenium* en a vingt de largeur. Le lieu destiné au pulpitre est de quarante pieds de long, & de douze de large; la porte pour aller au pulpitre est large de neuf pieds. La grande allée qui est devant la scene devroit s'appeller portique, mais nous n'y voions que les traces des murs qui le fermoient, & point de colonnes; elle a dix-huit pieds & demi de large. Voila tout ce que le Serlio nous donne touchant ce theatre de Ferento: à quoi l'on peut ajouter que ce qu'on appelle *cunei*, qui étoient les sieges des spectateurs, est coupé par vingt-six escaliers dans le plan que le Serlio en a donné: il n'est pas certain que ce soient des escaliers.


IV. Quoique la maniere de faire les theatres ait été apportée de la Grece à Rome, les Romains firent plusieurs changemens dans la forme, & peut-être encore plus dans l'usage des theatres. L'orchestre qui étoit chez les Grecs l'hemicycle où les baladins sautoient & dansoient, fut destinée, comme nous avons souvent dit, pour les sieges des Senateurs & des personnes de la premiere dignité. Les Grecs faisoient l'orchestre plus grande, & y mettoient le pulpitre, que les Romains reculoient jusqu'au-delà de l'avant-scene. Les Grecs avoient outre le grand theatre un autre petit, qu'ils appelloient *theatridion* ou *odeum*; c'étoit le lieu où les musiciens jouoient des instrumens à l'envi l'un de l'autre.

---

utrumque scenæ latus hinc inde posita, quadraginta supra dimidium pedes habent longitudinis, latitudinis vero triginta: vacuum spatium arcuum est undecim pedum, proscenium viginti pedes habet latitudinis. Locus pulpito destinatus est longitudine quadraginta pedum & latitudine duodecim, porta qua itur ad pulpitum est novem pedum latitudinis. Xystus ante scenam porticus appellari debuisset, sed vestigia tantum murorum, non columnarum videmus, est autem novemdecim cum dimidio pedum latitudinis. Hæc de theatro Ferentino Serlius, quibus adjicias illud spatium, qui cunei vocantur, ubi spectatores sedebant, viginti sex scalis secari in ichnographia quam Serlius edidit, si tamen eæ scalæ fuerint, quod non conspicuum est.

IV. Etsi theatrorum construendorum ratio ex Græcia Romam translata fuerit, in theatrorum forma Romani plurima mutarunt, & fortasse in usu plura. Orchestra quæ in Græcia hemicyclus erat ubi histriones saltabant & tripudiabant, senatorum sedibus deputata fuit, & primariorum magistratuum. Græci orchestram majorem adornabant in eaque pulpitum ponebant quod Romani ultra proscenium posuere. Græci præter majus theatrum, minus aliud habebant quod vocabant θεατρίδιον aut odeum: hic locus erat ubi musici instrumentis mutuo concertabant.




THEATRES
CXLV. Pl a la 250 page T III
Mr. Foucault
Serlio
Tome III 145

CHAPITRE VI.

I. Les masques & les baladins. II. Joueurs de passe-passe. III. Vendeurs de mithridat. IV. Les Funambules & les Petauristes. V. Les SS. Peres ont toujours declamé contre ces jeux. VI. Merveilleuse adresse d'un bâteleur d'Antioche.

I. OUTRE les acteurs & les baladins, il y avoit plusieurs autres sortes de bâteleurs & de bouffons qui paroissoient sur le theatre. On y voioit des masques de differente sorte, dont l'invention est attribuée à Eschyle. Avant ce tems-là ils se peignoient le visage de differentes couleurs. Ces masques représentoient des visages quelquefois extraordinaires & à faire peur; d'autrefois plus gratieux, selon le goût different de ces bâteleurs : ces masques horribles s'appelloient chez les Grecs μορμολυκεῖα & γοργονεῖα : tels sont plusieurs que nous donnons ici. Il est à remarquer que les masques qui portent des marques bacchiques, comme ceux qui sont à double tête, ou qui sont couronnez de feuilles de vigne, ou ceux qui ont des oreilles de Faune, peuvent avoir servi à la scene satyrique. D'autres étoient plus gratieux ; tel est un que nous donnons tiré de notre cabinet, & un autre publié par le Cavalier Maffei. Les acteurs des comedies & des tragédies prenoient souvent des masques, tant chez les Grecs que chez les Romains. S. Jean Chrysostome fait foi que les tragédies se jouoient de son tems par des gens masquez. Quand on vouloit représenter des visages horribles, on feignoit que c'étoient des Bataves, des Germains, ou quelquefois des Ethiopiens, tel qu'est celui que nous publions après Spon. Le grand masque que nous donnons ensuite, est Egyptien, & représente une Isis ; il est tout couvert de figures Egyptiennes, dont quelques-unes tendent leurs ailes, comme certaines figures que nous avons vues au second tome sur la table Isiaque.

PL. CXLVI.

PL. CXLVII.

II. Il y avoit aussi des *prestigiateurs*; non qu'il y eut du veritable prestige en ce qu'ils faisoient, mais ils trompoient les yeux avec leurs tours de main, comme font encore aujourd'hui un grand nombre de gens avec leurs jeux qu'ils appellent mathematiques. En cela les anciens passoient ces joueurs de gobelet, qui ne surprennent presque plus personne, tant leurs jeux sont devenus communs.

CAPUT VI.

I. Larvæ & scurræ. II. Circulatores. III. Circumforanei pharmacopolæ. IV. Funambuli & Petauristæ. V. Sancti patres contra ludos hujusmodi semper invecti. VI. Circulatoris Antiocheni mirum artificium.

I. PRÆTER histriones alii circulatores, scurræ, mimique erant qui in theatro comparebant : & larvæ diversi generis, quarum inventum Æschylo tribuitur : antea enim vultum variis depingebant coloribus. Hæ larvæ nonnunquam vultus exhibebant horrendos, nonnunquam formosos pro indole cujusque mimi : hæ horrendæ larvæ apud Græcos vocabantur μορμολυκεῖα & γοργονεῖα. Tales sunt aliquot larvæ quas proferimus. Notandum est larvas quæ vultus referunt Bacchicos, ut illæ duplici capite, aut pampinis coronatæ aliæ, aut fauni auriculas præferentes, in scena satyrica usurpatas fuisse videri. Aliæ larvæ gratæ pulcræve erant, ut illa quam ex museo nostro proferimus, & alia ab equite Maffeio publicata. Actores comœdiarum tragœdiarumque sæpe larvas gestabant, tam apud Græcos quam apud Romanos. Joannes Chrysostomus testificatur suo tempore tragœdias a larvatis personis repræsentatas fuisse; vide Homiliam 6. in Lazarum. Cum personæ horrendæ repræsentabantur, Batavos aut Germanos, seu aliquando Æthiopas comparere simulabant, qualis est ille quem post Sponium hic publicamus. Larva illa magna quam postea proferimus Ægyptia est, Isidemque repræsentat : operta autem est figuris Ægyptiacis, quarum quædam alas extendunt, perinde atque aliæ quas vidimus secundo tomo in tabula Isiaca.

II. Erant quoque præstigiatores, non veris utique præstigiis, sed simulatis, ita ut ipsos oculos fallerent, manibus quædam insperata perpetrantes, ut hodieque multi cum ludis, ut vocant, mathematicis variæ speciei. Hac in re antiqui circulatores hujusmodi hodiernos longe superabant; hi enim ob rerum illarum frequentiam vix admirationem moveant.

III. Les anciens avoient aussi de ces bâteleurs qui pour faire voir la vertu de certains remedes se faisoient piquer par des aspics, & en appliquant leurs remedes ne recevoient aucun mal de la piquûre. Elien raconte l'histoire d'un de ces bâteleurs, qui s'étant fait piquer au bras d'un aspic au milieu du grand marché de Rome, suça d'abord la plaie, & chercha l'eau qu'il avoit preparée pour boire & chasser la force du venin : mais quelqu'un aiant par malice renversé le pot, & fait écouler toute l'eau, il mourut deux jours aprés, mais sans aucun sentiment de douleur.

IV. Les danseurs de corde qu'on appelloit *Funambules*, faisoient encore un des spectacles des anciens ; on en trouve dès les tems de Terence. Le bon Empereur M. Aurele qui y assista une fois, aiant vu tomber un jeune garçon *Funambule*, fut si touché du peril où s'exposoient ces gens-là, qu'il fit mettre des mattelas sous les cordes, afin que s'ils venoient à faire quelque faux pas, ce fût sans peril de leur vie. Depuis ce tems là, dit Capitolin, on mettoit des rets sous ces *Funambules*. On vit du tems de Tibere des choses qui tenoient du prodige ; des élephans qui marchoient sur des cordes tendues, quoique ce soit de tous les animaux celui qui paroit le moins propre à cette sorte d'exercice. Un spectacle encore plus surprenant du tems de l'Empereur Neron, fut de voir entre mille autres jeux un chevalier connu de tout le monde assis sur un élephant courir *per catadromum*, ce que Casaubon interprete sur une corde tendue : après tout dès qu'un élephant court sur une corde, on comprend bien qu'il y peut courir portant quelqu'un sur son dos. Germanicus selon Pline donna des jeux publics, où l'on vit des élephans faire plusieurs tours de souplesse, lancer des épées en l'air, se battre comme des gladiateurs, danser la *pyrrique*, & marcher sur la corde. Il est étonnant, dit Pline, de voir des élephans si adroits, qu'ils montent sur des cordes tendues ; & ce qui est plus incroiable, c'est qu'ils en descendent à reculons. Les Grecs appelloient les *funambules*, *schœnobates* : ils avoient ce spectacle, qui a été continué pendant longtems dans le Christianisme ; S. Jean Chrysostome parle des funambules.


Les Petauristes ou Petauristaires étoient des bâteleurs qui voloient dans l'air par le moien de certaines machines. On entend aussi par ce mot des gens qui faisoient des sauts extraordinaires. C'étoit un exercice violent, & qui faisoit horreur, & c'est peutêtre pour cela que les Peres Grecs appelloient souvent l'enfer

---

III. Erant & alii scurræ circulatoresque, qui pharmacorum quorumdam vim ut ostenderent, aspides ad brachia admovebant, nihilque mali ex morsu patiebantur. Hujusmodi historiam refert Ælianus hist. anim. 9. 62. de circulatore, qui ut artificii sui specimen daret, inquit, aspidem medio in foro ad brachium admovit, & vulnus postea exsuxit : cumque postea aquam quam sibi paraverat non exsorbuisset, siquidem ea subducta & ex insidiis vas fuerat eversum, veneno non exhausto, secundo post die sine doloris sensu paulatim exstinctus est.

IV. Funambuli quoque ingens præbebant Romæ spectaculum : eos jam sua ætate exstitisse Terentius memorat. M. Aurelius imperator, inquit Capitolinus cap. 13. *funambulis post puerum lapsum culcitras subjici jussit ; unde hodieque rete prætenditur.* Tiberii tempore res portenti similes visæ sunt, elephanti nempe funambuli ; etsi ex omnibus animalibus hic ad hujusmodi exercitium prorsus inhabilis videri possit. Sed quod magis stupendum fuit sub Nerone, inquit Suetonius cap. 11. *Notissimus eques Romanus elephanto supersedens per catadromum decucurrit* ; ubi catadromum extensum funem fuisse dicit Casaubonus : vere tamen quando elephas per extensum funem currit, non multo magis stupeas, si equitem currens dorso gestet. *Germanici Cæsaris*, inquit Plinius 8. 2. *munere gladiatorio, quosdam inconditos motus edidere elephanti saltantium modo. Vulgare erat per auras arma jacere non auferentibus ventis, atque inter se gladiatorios congressus edere, aut lasciviente pyrriche colludere, postea per funes incessere. Mirum maxime*, pergit Plinius cap. sequenti, *& adversis quidem funibus subire, sed regredi magis utique pronis.* Funambulos Græci vocabant schœnobatas : apud eos hujusmodi spectaculum vigebat, quod apud Christianos etiam continuatum fuit. De funambulis loquitur Chrysostomus.

Petauristæ sive Petauristarii circulatores erant qui artificio quopiam volabant, certis adhibitis machinis. Petauristarii quoque dicebantur, qui saltus quospiam insolentes edebant. Exercitium hujusmodi violentum erat, quod horrorem incuteret ; ideoque fortasse patres Græci infernum πέταυρον appellabant. Vo-


MASQVES
CXLVI Pl a la 252 page T. III
La Chausse
La Chausse
La Chausse
Ch. Fontaine
Maffei
Bonanni
Maffei
Maffei
Tome III 146




MASQUES
CXLVII. Pl a la 252. page T. III
N Cabinet
Maffei
Spon
T. III 147
Beger



petauron. On assure que cet exercice de voler se voit encore aujourd'hui en Orient, où les bâteleurs sont beaucoup plus agiles que ceux de l'Europe.

V. Les Peres ont toujours blâmé ces sortes de spectacles & tous ces jeux de theatre & d'amphitheatre; & cela pour plusieurs bonnes raisons; car outre que c'étoient les paiens qui les donnoient ordinairement, & que cela détournoit les gens de leur devoir tant de famille que de religion; on y donnoit souvent des spectacles infames, où l'impudence des acteurs n'avoit point de bornes. Il ne faut pas s'étonner qu'ils se déchainassent contre les jeux où la pudeur étoit si ouvertement blessée, puisqu'ils condamnoient même ceux du cirque, qui paroissoient les plus innocens de tous. S. Jean Chrysostome a fait plusieurs homelies contre les spectacles des jeux du cirque, où l'on ne voioit pourtant que des chevaux & des chariots courir à l'envi: mais je crois que dans le fond il ne blâmoit que la trop grande attache que certains Chrétiens avoient pour ces sortes de jeux, qui les détournoient de la parole de Dieu & des devoirs de la religion, auquel cas les choses mêmes innocentes peuvent devenir criminelles.

VI. Ce saint Pere dans sa dix-neuviéme homelie au peuple d'Antioche décrit un jeu de passe-passe des plus extraordinaires dont on ait entendu parler; & qu'on voioit souvent dans cette grande ville; un homme alloit par les rues la tête levée, une grande perche posée sur le front, qui ne branloit point; mais ce n'étoit pas le tout: au bout de cette perche il y avoit deux petits garçons qui se battoient toujours pendant que cet homme alloit son train, sans qu'il en arrivât aucun accident.

---

landi artem exercitiumque adhuc in oriente videri narrant ii, qui in illas oras peregrinantur, ubi dicuntur circulatores Europæis esse agiliores.

V. Patres exercitia ludosque hujusmodi semper vituperaverunt, necnon theatri amphitheatrique ludos, idque non levibus de causis: nam præterquam quod illa maxime curabant profani illi deorum cultores, & hæc a christianæ pietatis officiis & a familiæ cura avertebant, sæpe turpissima erant spectacula, ubi circulatorum mimorumque impudentia nullis erat limitibus circumscripta. Nec mirum est Patres hujusmodi spectacula aversatos esse, ubi pudoris nulla ratio haberetur, quandoquidem Circenses ludos etiam damnabant, in queis nihil a pietate absonum fuisse videtur. Joannes Chrysostomus adversus hujusmodi spectacula multas edidit homilias, ubi tamen currus & equi tantum currentes cernebantur. At existimo illum Christianorum quorumdam erga hujusmodi ludos studium nimium improbasse, quo a verbo dei audiendo & a religionis officiis avertebantur: quo nempe casu res suapte natura innoxiæ vituperabiles evadunt.

VI. Circulatorum exercitium quodpiam singularissimum describit idem S. Doctor Homilia decima nona ad populum Antiochenum, quod sæpe Antiochiæ visebatur. Vir per urbem elato capite contum præaltum fronti insistentem gestabat; sicque per vicos incedebat conto firmo inconcussoque manente: quodque stupendum erat, in conti cacumine duo pueri erant invicem pugnantes, dum vir ille semper progrederetur.

CHAPITRE VII.

I. Les amphitheatres. II. Où étoit l'amphitheatre de Statilius Taurus. III. Ce qu'on appelloit cavea, *l'arene & le* podium. *IV. Les degrez de l'amphitheatre. V. L'amphitheatre de Vespasien. VI. Ce que c'étoit que les* pegmata.

I. LE nom *amphitheatre* est grec, & veut proprement dire un lieu de spectacles fait de deux theatres joints l'un contre l'autre, comme dit Cassiodore, où les spectateurs sont placez tout autour. Le nom *cavea* qu'on lui donne quelquefois, & qui fut d'abord donné aux theatres, n'exprime que le dedans, qui est proprement un creux. On l'appelle aussi *arena*; ce nom reste encore aujourd'hui à l'amphitheatre de Nîmes, qu'on appelle les Arenes de Nîmes, & aux Arenes de Tintiniac près de Tulle, dont nous parlerons plus bas. *Arena* veut dire *sable*; avant que de commencer les jeux de l'amphitheatre, on répandoit dans l'aire du sable. Selon un ancien c'étoient quelquefois des Ethiopiens qui faisoient cette fonction: Ensuite, dit-il, entrerent deux Ethiopiens à longs cheveux, portant de petits outres, tels que sont ceux qui répandent du sable dans l'amphitheatre.

C'étoit peutêtre parceque le sable étoit trop mouvant, qu'on mettoit quelquefois dans le cirque de la limure de pierre, ou de la pierre en poudre. Par une magnificence mal entendue Caligula fit répandre dans le cirque de la chrysocolle, & Neron encherissant pardessus, fit ajouter à la chrysocolle du cinnabre broié. Au commencement on ne faisoit que des amphitheatres de bois; on en bâtit depuis de pierre.

II. Celui de Statilius Taurus fut le premier bâti de pierre à Rome dans le champ de Mars sous l'empire d'Auguste, selon Dion; ce qui prouve l'erreur de ceux qui ont dit que l'amphitheatre qui reste encore à present à demi ruiné près de Sainte-Croix en Jerusalem, est celui de Statilius Taurus: celui-ci étoit au champ de Mars, fort éloigné de celui qui subsiste encore aujourd'hui. L'amphitheatre de Statilius Taurus fut brûlé sous Neron, & ensuite rétabli, comme il paroit en ce qu'il se trouve marqué dans Victor & dans Rufus entre les édifices de la neuviéme region. Vespasien en bâtit un plus grand

---

CAPUT VII.

I. Amphitheatra. II. Quo loco esset amphitheatrum Statilii Tauri. III. Quid essent cavea, arena & podium. IV. Gradus amphitheatri. V. Amphitheatrum Vespasiani. VI. Quid essent pegmata.

I. AMPHITHEATRUM græce significat locum spectaculis destinatum, ex duobus theatris simul junctis confectum, inquiunt Cassiodorus Var. 5. 42. & Isidorus 18. 52. ubi spectatores circum locantur. Cavea item vocatum occurrit, quo nomine interior facies proprie significatur, quæ cava est. Arena etiam sæpe dicitur, quod nomen hodieque amphitheatro Nemausensi datur, necnon & arenis Tintiniacensibus aliisque amphitheatris. Antequam ludi amphitheatrici inciperentur, arena in amphitheatri area spargebatur, &, ut quispiam dicit, Æthiopes aliquando erant qui talem functionem peragerent. *Subinde*, inquit Arbiter, *intraverunt duo Æthiopes capillati cum pusillis utribus, quales solent esse qui arenam in amphitheatro spargunt.*

Quia vero fortasse arena mobilior esset, aliquando in circo ex limato serratove lapide, aut ex lapide detrito & in pulverem acto area spargebatur. Ex inepta stolidaque magnificentia Caligula chrysocollam spargi curavit: Nero autem chrysocollæ contritam cinnabarin adjecit. Principio amphitheatra lignea tantum condebantur: deinceps lapidea structa fuerunt.

II. Statilii Tauri amphitheatrum primum fuit Romæ ex lapide structum in campo Martio, inquit Dio, imperante Augusto: unde probatur errasse eos qui dicerent amphitheatrum semirutum quod hodieque prope sanctam Crucem in Jerusalem Romæ visitur, esse Statilii Tauri amphitheatrum. Hoc namque in campo Martio erat ab illo longo spatio disjunctum. Amphitheatrum illud Statilii Tauri sub Nerone incendio absumtum fuit, exindeque restauratum, ut inde liquet quod a Rufo & a Victore inter nonæ urbis regionis ædificia connumeretur. Vespasianus longe

&

& plus ſuperbe, dont une bonne partie reſte aujourd'hui ; car s'il a été ſouvent brûlé & ruiné dans les anciens tems, il a auſſi ſouvent été rétabli. Parmi les amphitheatres qui nous reſtent ou entiers ou à demi détruits, il n'y en a point qui lui ſoit comparable. Il pouvoit tenir, dit Victor, quatre-vingt ſept mille ſpectateurs. La place du dedans, qu'on appelloit les Arenes, & qui tenoit le plus bas lieu, étoit ovale : & c'eſt ce que dit Caſſiodore, *ovi ſpeciem concludens*. Tout autour des Arenes aux plus bas lieux étoient des loges ou des voutes, pour y tenir des bêtes qui devoient combattre. PL. CXLVIII

III. Ces loges s'appelloient *caveæ*, nom qui étoit auſſi commun à tout le dedans de l'amphitheatre : ces eſpeces de loges ou grottes ſe trouvent appellées *caveæ* dans Stace, & dans Trebellius Pollion, lorſqu'il raconte qu'un lapidaire vendit à l'Imperatrice des pierres qui n'étoient que de verre, pour de veritables pierres precieuſes : elle aiant reconnu la fraude, & voulant en tirer vengeance, l'Empereur Gallien ſon mari commanda qu'on expoſât le lapidaire à un lion, & dit ſecretement qu'on lâchât de la cage, non pas un lion, mais un chapon. Tous étant ſurpris d'un ſi ridicule ſpectacle, l'Empereur leur fit dire que l'impoſteur étoit puni par une impoſture ; & renvoia le lapidaire.

Les Arenes étoient ceintes tout autour d'une muraille, ſur laquelle étoit le *podium* ; c'étoit une avance du mur en forme de quai : ce mot de *podium* ſe trouve auſſi emploié pour de pareilles avances dans les temples & dans les maiſons des anciens. Le *podium* de l'amphitheatre étoit orné de petites colonnes & de baluſtrades ; c'étoit la place des Senateurs pour le ſpectacle : les Magiſtrats s'y mettoient auſſi ſur leurs ſieges curules, accompagnez de leurs licteurs & des autres miniſtres. C'étoit auſſi la place des Empereurs, auxquels l'on mettoit une eſpece de throne couvert. L'*éditeur*, ou celui qui donnoit le ſpectacle & les jeux, y avoit ſon tribunal ; & les vierges Veſtales avoient auſſi le privilege du *podium*. Quoique ce *podium* fût élevé de douze ou quinze pieds, les Senateurs n'auroient pas été en ſureté contre les inſultes des éléphans, des lions, des leopards, des pantheres & des autres bêtes feroces, qui ſe battoient ſur les arenes, ſi l'on n'y avoit mis tout autour des rets ou des treillis qui garantiſſoient les ſpectateurs ſans les empêcher de voir. Il y avoit auſſi ſur le bord du *podium* de gros troncs de bois ronds & verſatiles, qui tournoient quand les bêtes vouloient faire quelque effort pour y monter ; ce qui n'empêcha pas qu'en certaines occaſions ces bêtes ne fiſſent quelques

---

majus & magnificentius amphitheatrum conſtruxit, cujus magna pars hodieque ſupereſt : etſi enim ſæpe incendio abſumtum fuerit, ſæpe etiam fuit reſtauratum. Inter amphitheatra quæ vel integra vel ſemiruta ſuperſunt, nullum huic comparandum. Capere, inquit Victor, poterat octoginta ſeptem millia ſpectatorum. Area interior, quæ *Arena* vocabatur, ovatæ formæ erat, *ovi ſpeciem concludens*, inquit Caſſiodorus; circum Arenas caveæ erant fornicibus inſtructæ, ubi feras in arena pugnaturas incluſas ſervabant.

III. Caveæ nomen etiam toti amphitheatri interiori faciei dabatur : imos hoſce fornices caveas vocant Statius & Trebellius Pollio in Gallieno : idem Gallienus, inquit Pollio cap. 12. *cum quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet ejus uxori : atque illa re prodita, vindicari vellet, ſurripi quaſi ad leonem venditorem juſſit, deinde e cavea caponem emitti, mirantibuſque cunctis rem tam ridiculam per curionem dici juſſit*, impoſturam fecit, & paſſus eſt ; *deinde negotiatorem dimiſit*.

Arenæ circum muro cingebantur, ſupra quem podium, eratque quaſi ſuggeſtus, ſive ut aiunt *projectura* latior, quod etiam nomen podium pro ſimilibus templorum & ædium *projecturis* uſurpatum reperitur. Hoc amphitheatri podium columellis atque cancellis exornabatur. Hic ſedem habebant ſenatores magiſtratuſque cum ſellis curulibus, comitantibus lictoribus aliiſque miniſtris. Hic etiam locus imperatorum erat, quibus ſolium parabatur opertum : qui ludos edebat atque ſpectacula, tribunal ibi ſuum ponebat. Virgines quoque Veſtales in podio honoris cauſa locum habebant. Etſi podium illud duodecim quindecimve pedibus altum eſſet, non tuti fuiſſent ſenatores ab elephantorum, leonum, pardorum, pantherarum aliarumque ferarum impetu, cum eæ furibundæ in arena concertarent, niſi circum retia atque cancelli appoſita fuiſſent, quorum præſidio ſpectatores ſine damno omnia conſpicere poſſent. In extrema etiam podii ora ligna erant rotunda & verſatilia, quæ feras conſcendere volentes præpedirent. Nihilominus tamen accidit quandoque ut feræ in ſpectatorum ordines irrumperent : quæ cauſa fuit ut ad eam propel-

desordres dans les rangs des ſpectateurs. On tâcha d'y remedier, dit Pline, en faiſant des euripes ou des canaux tout autour, pour empêcher les bêtes d'en approcher.

IV. Audeſſus du *podium* étoient les degrez diſpoſez à peu près de la même maniere que ceux des theatres dont nous avons parlé ci-devant. Il y en avoit tout de même qu'aux theatres de deux manieres; les uns deſtinez pour s'aſſeoir étoient & plus hauts & plus larges, & regnoient tout autour de l'amphitheatre; les autres plus bas & plus étroits alloient de haut en bas en ligne droite à travers des ſieges, à la maniere de ceux des theatres, avec cette difference pourtant que ceux des amphitheatres, du moins de celui de Veſpaſien, ne traverſoient point tous les degrez ni toutes les *précinctions*, mais alloient ſeulement du milieu d'une *précinction* au milieu de l'autre: & cela ſans doute de peur que ſi ces degrez à monter qui n'étoient guere larges, étoient allez du haut en bas, il n'y eût eu de la confuſion & de l'embarras. Les degrez à s'aſſeoir de l'amphitheatre de Veſpaſien étoient hauts d'un pied & deux pouces, & larges de deux pieds & demi: on les faiſoit de cette largeur pour laiſſer le paſſage libre entre deux à ceux qui venoient après les autres, ou à ceux qui vouloient ſe retirer pour quelque néceſſité. Il faut ajouter que cette largeur étoit auſſi neceſſaire, parceque les pieds de ceux qui étoient aſſis au rang de deſſus devoient trouver place ſur le degré de deſſous. Nous avons déja dit ce que c'étoit que les *précinctions* ou les ceintures, ſavoir des degrez plus hauts & plus larges que les autres, qui diſtinguoient les ſieges plus hauts des plus bas, & facilitoient le paſſage à la foule des ſpectateurs qui accouroient au ſpectacle.

V. Depuis l'empire de Caligula les Senateurs avoient au *podium* des couſſins étendus ſous les pieds, & il leur étoit permis d'y porter certains bonnets ou couvrechefs de Theſſalie, pour ſe garantir des injures de l'air. L'on remarque dans l'amphitheatre de Veſpaſien quatre *précinctions*, en comptant celle qui étoit tout au haut auprès du portique. Ces *précinctions* s'appelloient auſſi *baltei*, des baudriers, comme qui diroit de larges ceinturons. Les avenues que Macrobe appelle *vomitoria*, ſont des portes au haut de chaque eſcalier dans l'amphitheatre de Veſpaſien; on venoit à ces portes par des voutes couvertes & cachées: la quantité de gens qui ſortoient par là faiſoit qu'on les appelloit *vomitoria*, parceque ces portes ſembloient vomir une foule qu'on n'avoit point apperçue auparavant. Il y avoit auſſi quelques degrez pratiquez

---

lendam moleſtiam euripi & canales circum adornarentur, ut feræ iſtuc ne accedere quidem poſſent.

IV Supra podium gradus erant eo more concinnati, quo in theatris ſupra dicebatur: ac quemadmodum in theatris, duo ibi erant graduum genera: alii ad ſedendum concinnati, altiores latioreſque erant, & circa totum amphitheatrum diſpoſiti; alii gradus demiſſiores anguſtiores ab ima parte ad ſupremam pertingebant, ſediliumque ordines ſecabant, perinde atque in theatris; hoc tamen diſcrimine, quod amphitheatri ſaltem Veſpaſiani ſcalæ illæ, non omnes graduum ordines, neque omnes præcinctiones ſecarent interrumperentque; ſed ex media præcinctione tantum ad aliam præcinctionem pertingerent: idque, ut videtur, ne ſi gradus illi, qui anguſti erant, ex ſummo theatro ad imum pertigiſſent, perturbatio inde oriretur. Gradus illi amphitheatri Veſpaſiani, pede duobuſque pollicibus alti erant, latique duobus ſupra dimidium pedibus: ideoque ea fiebant latitudine ut liber eſſet tranſitus vel tarde venientibus, vel iis qui vellent urgente caſu ſecedere: itemque ut ii qui ſuperioribus gradibus ſederent, in inferioribus pedes locare poſſent. Jam diximus quid eſſent præcinctiones, gradus videlicet cæteris longe altiores latioreſque, qui ſuperiores ſedes diſtinguerent ab inferioribus, & tranſitum facilem præberent turbæ ad ſpectacula accurrenti.

V. Ab imperio Caligulæ ſenatores in podio pulvinos habuere ſub pedibus extenſos, licitumque ipſis erat Theſſalicis galeris caput operire, ut ab aëris injuria vindicarentur. In amphitheatro Veſpaſiani, quatuor præcinctiones obſervantur eam annumerando quæ in ſuprema parte prope porticum erat. Illæ præcinctiones baltei etiam appellabantur, quaſi dicas lata cingula. Vomitoria, ut vocat Macrobius, oſtia erant in ſummis ſcalis, quo per occultos meatus perveniebatur. A numeroſa turba iſtinc egredientе vomitoria vocabantur quaſi multitudinem occulte accedentem evomentia. Aliquot etiam gradus erant queis ad gradus ſedilium tranſire poterant, per quos

qui pouvoient ſervir à paſſer aux ſieges, & auſſi à l'écoulement des eaux, comme ſemblent le marquer certaines crenelures qui ne pouvoient gueres ſervir à autre choſe. Nous donnons ici la forme de cet amphitheatre d'après le Serlio, de qui Juſte-Lipſe l'a auſſi tirée, y ajoutant celle des eſcaliers & des grands degrez. Nous avons déja dit que ce qu'on appelloit *cunei*, étoit ce qui ſe trouvoit enfermé entre ces *précinctions* & ces eſcaliers; c'étoient des places diviſées en certaines claſſes. Les places des theatres étoient ſeparées ſelon la qualité des gens par la loi *Roſcia*: cela ſe fit pour les amphitheatres & les cirques dans des tems poſterieurs; car au commencement on y aſſiſtoit confuſement & ſans diſtinction de qualitez: depuis les places des Senateurs furent le *podium*; celles des Chevaliers Romains étoient les ſieges qui étoient immédiatement après ceux des Senateurs juſqu'à la premiere *précinction*; il y avoit ordinairement quatorze rangs de ſieges deſtinez pour eux. Quand le nombre étoit trop grand, & que ces places ne pouvoient les contenir, ils montoient aux ſieges plus hauts. Les païſans, les pauvres & tous ceux qui alloient vêtus de couleur brune, étoient aux rangs les plus hauts & les moins honorables.

Dans certains grands concours pour des ſpectacles extraordinaires les rangs n'étoient pas quelquefois obſervez. Il y avoit en differens endroits de l'amphitheatre de certains tuiaux par leſquels on faiſoit couler des liqueurs odoriferantes, pour répandre une bonne odeur dans l'aſſemblée. Ces liqueurs étoient ordinairement de ſaffran infuſé dans le vin. On tendoit des voiles ſur le theatre pour garantir les ſpectateurs des ardeurs du ſoleil: ces tentes étoient le plus ſouvent de toile; & comme le luxe ſe mêloit dans tout anciennement comme aujourd'hui, pluſieurs auteurs font mention de tentes d'amphitheatre de ſoie, & d'autres de pourpre brochée d'or. Quand les voiles n'étoient pas tendus, les particuliers ſe garantiſſoient par des bonnets de Theſſalie, par des petaſes, ou des *pilei*, ou des paraſols, ſi l'on doit expliquer l'*umbella* des anciens par le mot de paraſol, en l'entendant du paraſol d'aujourd'hui, & ſi l'*umbella* ne ſe portoit pas ſur la tête. Nous avons pourtant donné d'après l'antique un paraſol ſemblable à ceux d'aujourd'hui; il ſe voit dans des orgies bacchiques, au ſecond tome de cet ouvrage.

VI. Les *pegmata* qui ſelon Martial étoient au milieu de la rue & auprès du coliſée, étoient des machines theatrales à pluſieurs étages, qui hauſſoient

---

etiam aquæ diffluebant, ut ex quibuſdam inciſuris argui videtur. Ejus amphitheatri figuram ex Serlio mutuamur, unde etiam mutuatus eſt & Juſtus Lipſius, cum formis peculiaribus ſcalarum & graduum ſedentibus deputatorum. Jam diximus eos, quos vocabant cuneos, illa eſſe ſpatia quæ inter præcinctiones & ſcalas erant: erantque loca atque ſedilia per claſſes diſtributa. Theatrorum loca pro ſedentium conditione ſtatuque ſeparata erant ex lege Roſcia. Id pro amphitheatris & circis poſteriori longe tempore factum eſt: principio enim ſine ullo ordine, ſine ulla perſonarum diſtinctione, promiſcue ſedebatur: exinde vero ſenatorum ſedes in podio fuit, equitum Romanorum in ſedibus gradibuſve podio vicinis uſque ad primam præcinctionem: quatuordecim graduum ordines, quot videlicet erant, uſque ad primam præcinctionem equitibus deſtinabantur. Cum equitum numerus major erat, quam ut poſſet in gradibus iſtis contineri; vicini ſublimioreſque gradus ab illis occupabantur. Ruſtici, inopes & quotquot pullata veſte incedebant, in ſublimioribus gradibus conſiſtebant.

Aliquando cum nimia conflueret turba ad ſpectacula quædam ſingularia, nulla ordinum ratio habebatur. In quibuſdam amphitheatri locis tubi erant per quos odoriferi liquores emitterentur, qui liquores ut plurimum ex croco in vinum infuſo confecti erant. Vela obtendebantur ne nimio ſolis æſtu ſpectatores torquerentur, vela vulgo ex telis confecta erant; ſed cum omnibus in rebus luxus olim ut hodieque emineret, memorantur a ſcriptoribus tentoria in amphitheatro ſerica, & aliquando purpurea auro intertexta. Cum vela non obtendebantur, Theſſalicis galeris ſeſe muniebant, petaſiſque aut pileis, aut umbellis; jam in orgiis Bacchicis ſecundo tomo umbellam hodiernis ſimilem vidimus, quam item repræſentavimus ubi de villis.

VI. Pegmata, quæ ſecundum Martialem media in via erant & prope amphitheatrum, quod coliſeum appellant; machinæ theatrales erant tabulatis pluribus, quæ arte quadam vel erigebantur vel demitte-

& baissoient par ressorts, & où les gladiateurs & autres bâteleurs faisoient des représentations extraordinaires. On voit ces machines représentées sur certains revers de medailles. On appelloit aussi *pegmata* des tabletes de menuiserie attachées & disposées à mettre des livres dans les Bibliotheques. Le nom de *pegma* est même generique pour marquer ce qui est fiché & attaché.

bantur, ubi gladiatores cæterique scurræ singularia quædam edebant spectacula. Hæ machinæ in nummis quibusdam comparent. Pegmata etiam vocabantur tabulæ ligneæ expolitæ quæ in bibliothecis usurpabantur & affigebantur ad libros ordine recipiendos. Pegmate quoque significatur generatim quidquid figitur.

CHAPITRE VIII.

I. Autres amphitheatres de Rome & de l'Italie, celui de Verone. II. Superbe amphitheatre de Capoue. III. Celui de Pouzzol. IV. Amphitheatre de Pola.

I. IL y avoit à Rome plusieurs autres amphitheatres; celui de Statilius Taurus, dont il ne reste plus de trace; celui de Trajan dans la neuviéme region de la ville, comme le précedent. On ne sait rien de l'un ni de l'autre, sinon qu'ils étoient au champ de Mars.

Il y avoit encore dans plusieurs villes d'Italie des amphitheatres dont on voit encore les restes; les uns n'ont plus que des masures informes, les autres ont encore la forme d'amphitheatre, quoique ruinez en plusieurs endroits. Il y en avoit un à Albe dans le Latium, dont il reste encore, dit on, quelques vestiges. L'amphitheatre de Verone est l'un des plus grands & des plus beaux de l'Italie; il est tout de marbre, la premiere enceinte est presque ruinée; il n'en reste que quelques arcades qui ont les trois ordres d'architecture les uns sur les autres. Le dedans est beaucoup mieux conservé que dans aucun autre amphitheatre d'Italie: les escaliers qui répondent aux portes ou aux *vomitoria*, sont à peu près semblables à ceux du colisée. Les Veronois pleins d'un zele louable pour la conservation des antiquitez de leur ville, travaillent tous les jours à reparer ce noble monument. (Pl. CXLIX)

II. Celui de Capoue que nous avons vu & consideré en passant, étoit d'une grande magnificence, il ne cedoit en beauté qu'au colisée de Rome, encore le surpassoit-il quant aux ornemens exterieurs. Les quatre ordres d'architecture y étoient observez de même qu'au colisée. La premiere enceinte de dehors


CAPUT VIII.


I. Alia amphitheatra Romæ & in Italia, & primo Veronense. II. Elegantissimum amphitheatrum Capuæ. III. Puteolanum. IV. Polense.


I. ERANT Romæ plurima quoque alia amphitheatra, Statilii nempe Tauri, cujus ne vestigium quidem superest; Trajani quod perinde atque præcedens in nona urbis regione erat. Id unum de loco ubi sita erant novimus, in campo videlicet Martio fuisse.

In multis etiam Italiæ urbibus amphitheatra erant quorum rudera adhuc visuntur, alia ruinas tantum informes offerunt, alia adhuc amphitheatri formam retinent. Albæ in Latio amphitheatrum erat, cujus aliquod adhuc, ut aiunt, vestigium superest. Amphitheatrum Veronense inter majora pulcherrimaque totius Italiæ censetur: totum marmoreum est; primus ambitus fere totus dirutus est; arcus ejus pauci supersunt, qui tribus architecturæ ordinibus constant. Cavea seu interior pars amphitheatri sana est meliorique conditione, quam in cæteris omnibus Italicis amphitheatris. Scalæ quæ vomitoriis hærent colisei scalis similes. Veronenses urbis suæ monumentorum studiosi cultores in dies restaurando amphitheatro incumbunt.


II. Capuanum amphitheatrum quod vidi & exploravi, magnificentissimum erat; uno amphitheatro Romano inferius, quod etiam quantum ad ornamenta exteriora longe superabat. Ibi quatuor architecturæ ordines perinde atque in coliseo. Primus exterior ambitus ingentis molis lapidibus structus erat,





AMPHI


HEATRE
CXLVIII Pl a la 258 page T. III
Tome III 148

AMPHI



Serlio




M.r Cesar Costa





Serlio



Bulifon

étoit de pierres de grandeur énorme; la fabrique du dedans étoit de brique: à la face de dehors il y avoit au premier rang d'architecture d'en bas sur chaque colonne la tête d'une divinité paienne; sur le second rang audessus de chaque colonne un buste de quelque dieu; & sur le troisiéme une statue entiere. Ces rangées de têtes, de bustes & de statues, qui devoient comprendre toute la mythologie & toute la superstition paienne, faisoient un objet des plus superbes que l'on puisse voir au monde. Nous n'avons de tout ce bel édifice que le profil en petit, fait par l'ordre de D. Cesar Costa Archevêque de cette ville, dans la carte qu'il fit faire de l'ancienne Capoue. Les ornemens que nous venons de rapporter, ne paroissent pas, mais on m'a assuré qu'ils y ont été autrefois.

III. Celui de Pouzzol est si ruiné qu'on n'y peut rien connoitre pour ce qui regarde les ornemens. Nous donnons le profil de cet amphitheatre tel qu'il est aujourd'hui, d'après feu M. Bulifon fort curieux de ces sortes d'antiquitez, qui l'a mis dans sa Guide des étrangers pour les curiositez de Pouzzol. Il y a aussi un petit amphitheatre au pied du Montcassin auprès de la maison de campagne de Varron, lequel n'a rien de bien remarquable. Il se trouve encore des restes d'un amphitheatre à Otricoli bourg de l'Ombrie, au dessous duquel on voit plusieurs grandes masures d'anciens bâtimens. Celui d'Hispella paroit avoir été plus grand, mais il est si ruiné, qu'on n'y connoit plus grand chose.

IV. L'amphitheatre de Pola ville de l'Istrie reste encore en son entier quant à la premiere enceinte, qui est d'ordre rustique, à trois ordres d'architecture, mais le troisiéme est beaucoup plus petit que les autres. Nous en donnons ici le plan comme l'a donné le Serlio, & une partie de la façade donnée par le même. Les deux premiers rangs d'architecture sont en arcades; il y en a à chaque rang soixante-douze. Il y avoit encore plusieurs autres amphitheatres en Italie. Chaque ville avoit le sien; mais tout est ruiné, les materiaux ont été emploiez à d'autres édifices. Il y a même lieu d'être surpris qu'il en soit resté quelque chose, tant on méprisoit dans les siecles passez ces sortes d'ouvrages. Il y a apparence que la difficulté de la démolition en a garanti quelques-uns. Pl. CL.

---

interiora vero lateritiæ structuræ. In exteriori facie in primo architecturæ ordine supra singulas columnas eminebant singula capita numinum; in secundo ordine eodem situ singulæ protomæ deorum; in tertio autem statuæ integræ numinum. Hic tantus ordine positus capitum protomarum atque statuarum numerus, totam mythologiam veterumque superstitionem, ut videtur, complectebatur: eratque spectaculum omnium superbissimum. Hujus ædificii orthographiam exiguam habemus D. Cæsaris Costæ Archiepiscopi Capuani jussu concinnatam in tabula ichnographica Capuæ urbis, quam ille parari jussit. Ornamenta quæ jam memorata sunt, hodie ibi non comparent, sed affirmant incolæ, narrabat item Antistes ille Capuanus, rem ita se habuisse.

III. Puteolanum amphitheatrum ita labefactatum injuria temporum est, ut vix in eo quodpiam ornamentum deprehenderis: hujus orthographiam prospectumque damus, qualem delineavit Antonius Bulifonius, antiquitatum hujusmodi admodum studiosus, qui ipsum in libro suo cui titulus, *La guide des étrangers pour les curiositez de Pouzzol*, repræsentavit. Est etiam parvum amphitheatrum ad pedem montis Cassini, in quo nihil spectabile relictum. Ocriculi etiam in Umbria amphitheatri rudera cum aliis ruderibus cernuntur. Hispellense amphitheatrum magnum olim fuisse videtur, sed labefactatum & obrutum est.

IV. Amphitheatrum Polæ in Istria adhuc integrum manet quantum ad primum ambitum spectat, qui ordine rustico structus est, tribus architecturæ ordinibus, sed tertius longe demissior aliis est. Ejus ichnographiam hic damus qualem dedit Serlius, necnon orthographiæ partem ab eodem publicatam ac delineatam. Duo primi architecturæ ordines arcubus constant: in utroque ordine septuaginta duo arcus sunt. Alia quoque multa amphitheatra in Italia erant. Quæque urbs suum habebat amphitheatrum; sed omnia fere solo æquata sunt: lapides aliis construendis ædificiis sunt adhibiti. Mirumque est aliqua superesse; usque adeo hujusmodi monumenta sæculis proximis despectui erant: veroque simile est demoliendi difficultatem, multa hujuscemodi conservasse.

CHAPITRE IX.

I. Grand nombre d'amphitheatres dans les Gaules ; l'amphitheatre de Nîmes. II. Magnifique amphitheatre d'Autun. III. Amphitheatre de Tintiniac. IV. Amphitheatre d'Italica en Espagne.

I. Les Gaules avoient auſſi un grand nombre d'amphitheatres, & ne le cedoient pas à l'Italie, ſur tout dans les parties meridionales, comme la Provence, le Languedoc & la Guienne ; mais on a eu encore moins de ſoin de les conſerver qu'en Italie. On trouve des reſtes d'un amphitheatre à Frejus ville épiſcopale. Arles a encore des maſures d'un bel amphitheatre. Celui de Nîmes eſt ſans contredit le plus entier de ceux qui ſubſiſtent aujourd'hui. Il eſt d'ordre Dorique à deux rangs de colonnes, ſans compter un autre plus petit rang qui le termine par le haut. Le dedans du theatre ſelon le deſſein fait par ordre de feu M. Flechier Evêque de Nîmes, & imprimé avec la carte geographique de ſon Dioceſe, a quelque choſe qu'on ne voit point aux autres amphitheatres. Il n'y a point d'eſcaliers pour ſe rendre aux places, mais on y a ſuppléé en y faiſant un plus grand nombre de portes, qu'on appelloit *vomitoria* ; ce qui donnoit plus de facilité au peuple qui s'y rendoit en foule. Je n'y remarque point de *précinction* ; mais cela pourroit bien venir du peu d'habileté de ceux qui ont fait le deſſein. Il y avoit auſſi à Bourdeaux un grand amphitheatre dont j'ai vu des maſures dans leſquelles on remarque aiſement la forme ovale ; mais c'eſt auſſi tout ce qu'on en peut tirer : j'y ai été pluſieurs fois, & autant que je puis m'en ſouvenir, le champ ou les arenes de cet amphitheatre étoient des plus grandes, & ne le cedoient peutêtre pas à celles du Coliſée. Il y a encore des reſtes d'un amphitheatre à Saintes, mais qui eſt beaucoup plus petit que celui de Bourdeaux.

Pl. CLI.

II. Ce qui reſte de l'amphitheatre d'Autun, qui eſt l'ancienne Bibracte, l'une des plus grandes & des plus belles villes des Gaules, nous donne une grande idée de cet édifice. La face exterieure étoit à quatre étages comme celle du Coliſée : ſur le deſſein que j'ai copié d'après Auberi, il paroit qu'il y avoit pour ſe rendre aux ſieges des *vomitoria* ou des portes qui conduiſoient à des


---

CAPUT IX.

I. Amphitheatra magno numero in Galliis : amphitheatrum Nemauſenſe. II. Magnificum amphitheatrum Auguſtoduni. III. Tintiniacenſe. IV. Amphitheatrum Italicæ in Hiſpania.

I. Galliæ magnam amphitheatrorum copiam habuere, neque minorem quam Italia, præſertim in meridionalibus Galliæ partibus, ut in Galloprovincia, in Septimania & in Aquitania : ſed minori adhuc ſtudio illa conſervata fuere quam in Italia. Amphitheatri cujuſdam rudera ſuperſunt Forojulii in Galloprovincia. Arelate adhuc magnas amphitheatri reliquias habet, quod etiam magnificum fuiſſe videtur. Amphitheatrum Nemauſenſe integerrimum eſt omnium quæ hactenus ſuperſunt. Eſt autem ordine Dorico ſtructum duobus columnarum ordinibus, non annumerato demiſſiore architecturæ ordine quo ſuperne terminatur. Pars interior theatri, ſecundum delineationem a D. Flechier Epiſcopo Nemauſenſi factam, & cum geographica tabula illius Diœceſis cuſam, aliquid habet peculiare, quod in aliis amphitheatris non obſervatur. Hic ſcalæ non habentur, quibus ad ſedilia perveniatur, ſed earum vicem ſupplent vomitoria ſeu oſtia bene multa, per quæ multitudo ad ſedilia properabat. Nullam in eo præcinctionem deprehendo. Burdigalæ etiam magnum amphitheatrum erat, cujus ego rudera conſpexi, in queis ovata forma facile deprehenditur : nihilque aliud inde erui poteſt, uſque adeo labefactatum eſt. Illo ſæpe conceſſi ; & ſi bene memini, arenæ Coliſei Romani arenis amplitudine non cedebant. Santoni Mediolani etiam amphitheatri reliquiæ ſunt, verum longe minoris Burdegalenſi.

II. Quæ ſuperſunt reliquiæ amphitheatri Auguſtoduni, eſt ea vetus Bibracte quæ inter principes Galliarum urbes numerabatur ; perquam magnificum ædificium illud fuiſſe arguunt. Exterior ambitus quatuor architecturæ ordinibus conſtabat ut Coliſeum Romanum. Secundum delineationem ab Auberio publicatam, quam hic ſequimur, videntur vomitoria fuiſſe quæ ad ſcalas ducerent, per quas ſedi-


AMPHITHEATRE
DE POLA
CL. Pl. à la 260 p. T. III.
Serlio
Tome III 150

eſcaliers diſpoſez à peu près comme ceux du Coliſée. On n'y a pas marqué des précinctions ou de ces ceintures qui faiſoient la diſtinction des places ſuperieures des inferieures; mais cela aura ſans doute échapé à celui qui nous a donné ce deſſein, n'y aiant nulle apparence qu'un amphitheatre auſſi grand que celui-ci, & où la gradation des ſieges étoit ſi longue, en fût dépourvu. Nous le mettons ici tel qu'Auberi l'a fait graver, & nous donnerons plus bas la forme d'un inſtrument qui y fut trouvé, qu'on croit avoir ſervi d'entrave aux bêtes feroces enfermées dans les cachots de l'amphitheatre. Il y a, dit-on, aux environs d'Autun d'autres maſures de pluſieurs amphitheatres; ce qui marque combien cette ville a été conſiderable autrefois. Cela paroit auſſi par les reſtes des beaux édifices anciens qu'on voit tant dans la ville qu'aux environs. Il y a encore des reſtes d'amphitheatres à Mets, à Orange, & dans un grand nombre d'autres villes des Gaules.

Juſte-Lipſe nous a donné pour un amphitheatre quelques reſtes d'un bâtiment fort extraordinaire qui ſe trouve à Doué en Anjou, & dont une partie ſubſiſtoit encore en 1584. lorſque le plan en fut levé. Mais M. Hadrien de Valois dans ſa Notice des Gaules, a fait voir que c'étoit un des châteaux des anciens Rois de France, & que ce ne fut jamais un amphitheatre.

III. Quant aux Arenes ou l'amphitheatre de Tintiniac, nous n'en ſavons que ce que l'illuſtre M. Baluze que nous venons de perdre, nous en apprend dans ſon hiſtoire de Tulle ſa patrie. Il y avoit, dit-il, autrefois à une lieue« de Tulle dans la paroiſſe de Nave au territoire de Tintiniac, une ville conſi-« derable, de laquelle il reſte encore beaucoup de maſures, & entre autres« choſes d'un amphitheatre de deux cent pieds de long & de cent cinquante« de large, duquel j'ai vu dans ma jeuneſſe les loges & les grottes qui reſtent« encore aujourd'hui. On y trouve pluſieurs medailles des Empereurs, quel-« ques-unes d'or, d'anciennes urnes de pierre, de terre cuite, de verre; des« inſtrumens de ſacrifices, des têtes de marbre d'hommes & de femmes, dont« une couronnée de laurier paroit être de quelque Empereur. On y trouva« auſſi pluſieurs anciens tuiaux de terre cuite, qui avoient ſervi à quelque« aqueduc, un puits ſi profond qu'on n'a jamais pu atteindre au fond, & plu-« ſieurs autres anciens monumens. Les anciens geographes & les hiſtoriens« n'ont jamais fait mention d'une ville ſituée en ce lieu; il n'en eſt pas parlé«

---

lia peterentur, quæ ſcalæ ferme ut in Coliſeo diſpoſitæ ſunt. Hic præcinctiones nullæ notantur, ſeu zonæ quæ gradus ad ſedendum inferiores a ſuperioribus diſterminabant. Verum exiſtimo id delineantis oſcitantia prætermiſſum fuiſſe: neque enim veriſimile eſt tam amplum amphitheatrum præcinctionibus caruiſſe; ubi ſcilicet tam longa graduum ſeries erat. Hic tale amphitheatrum proferimus, quale in ære incidi curavit Auberius: atque infra formam exhibebimus inſtrumenti cujuſpiam ibidem reperti, quo pedes ferarum in caveis amphitheatri poſitarum vinciebantur. In agro Auguſtodunenſi plurima amphitheatra ſolo pene æquata viſuntur, unde liqueat quanta olim illa urbs fuerit; quod etiam ex aliis veteribus monumentis atque ædificiis, quæ ibidem & in agro vicino ſunt, comprobatur. Metis etiam atque Arauſione, in aliiſque bene multis Galliæ urbibus amphitheatrorum rudera ſunt.

Juſtus Lipſius, quaſi amphitheatrum dedit atque delineari curavit aliquot rudera ſingularis formæ, quæ in loco *Doue* dicto in Andium finibus habentur, quorum pars magna ſupererat adhuc anno 1584. cum eorum imago depicta delineataque fuit. At Hadrianus Valeſius in notitia Galliarum caſtellum veterum regum Francorum fuiſſe demonſtravit, non autem amphitheatrum.

III. Quantum ad arenas ſeu amphitheatrum Tintiniacenſe, non aliud proferre poſſumus, quam quod vir celeberrimus Baluzius, cujus obitum lugemus, edidit: ait igitur ille in hiſtoria Tutelenſi p. 6. *extitiſſe olim IV. M. P. a Tutela nobile oppidum in parochia Navenſi & agro Tintiniacenſi, cujus multa adhuc veſtigia ſuperſunt, in primis vero amphitheatrum habens ducentos pedes in longitudine, & centum quinquaginta in latitudine, cujus caveas & rudera, quæ etiamnum ſuperſunt, ego vidi in juventute mea. Illic inveniuntur multa numiſmata Imperatorum Romanorum etiam aurea, veteres urnæ lapideæ, lateritiæ, vitreæ, vaſa ſacrificiorum, capita marmorea virorum & mulierum, unum ex his laureatum, quod videtur eſſe alicujus imperatoris. Reperti ſunt etiam ibi veteres tubi lateritii cujuſdam aquæductus, puteus tantæ profunditatis ut nunquam deprehendi potuerit quanta ſit, & alia multa monumenta antiqua: & tamen nulla oppidi illius mentio exſtat in antiquis geographis aut ſcriptoribus*

» non plus dans les anciens titres des Eglises & des Monasteres. Le lieu où » sont les ruines de cet amphitheatre est appellé encore aujourd'hui *les Arenes* » *de Tintiniac*, tout de même que ceux de Nîmes & d'Arles appellent leurs » amphitheatres *les Arenes*. On pourroit peutêtre conjecturer de là que cette » ville s'appelloit anciennement Tintiniac, à moins que ce ne soit le *Ratiastum* » de Prolemée.


PL. CLII. IV. J'ajoute à tous ces amphitheatres celui d'Italica près de Seville, que m'a envoié D. Emmanuel Marti Doien d'Alicant, tres-habile dans l'antiquité & dans les belles lettres; sa dissertation sur le theatre de Sagonte que nous avons rapportée ci-devant, est une preuve de son érudition. Il a joint au plan de l'amphitheatre son profil, tel qu'il est aujourd'hui, c'est-à-dire tout delabré & ruiné presque jusqu'aux fondemens. Comme ce profil n'a que des masures informes, il seroit inutile de le faire graver; nous nous contenterons de représenter ici le plan. Cet amphitheatre s'étoit conservé en son entier jusqu'à ces derniers tems; mais les Magistrats de Seville voiant leur ville menacée des inondations de la riviere, ordonnerent qu'on ruineroit cet amphitheatre pour se servir des materiaux à faire des remparts contre l'inondation du fleuve. L'amphitheatre fut ainsi ruiné, & il n'en resta que ce que la difficulté de la démolition en a pu sauvér. Cet amphitheatre convient avec celui de Nîmes en ce que le *podium*, qui est la premiere élévation au dessus de l'arene, étoit fort large; c'étoit comme nous avons dit, la place des Senateurs & des Magistrats. Les portes qui répondent au *podium* sont dans l'un & dans l'autre larges & hautes; c'étoit apparemment par là que les Senateurs & les Magistrats venoient à leurs places. Elles pouvoient aussi servir aux Chevaliers qui occupoient les premiers degrez & les premiers sieges au dessus du *podium*. Les escaliers du theatre d'Italica descendent du plus haut des sieges de la galerie superieure jusqu'au *podium*.


---

historiarum, neque in veteribus monumentis ecclesiarum & monasteriorum. Etiam hodie locus ubi sunt rudera amphitheatri, vocatur Arenæ Tintiniacenses, vulgo les Arenes de Tintiniac, *eo modo quo cives coloniæ Nemausensis & Arelatenses amphitheatra sua vocant Arenas. Fortassis autem hinc capi conjectura posset oppidum illud antiquitus vocatum fuisse Tintiniacum, nisi sit Ratiastum Ptolomæi.*

IV. Hisce omnibus amphitheatris Italicense prope Hispalim subjungimus, cujus exemplum delineationemque misit D. Emmanuel Martinus decanus Alonensis, vir eruditione insignis & antiquariæ rei peritus, ut ex ejus circa theatrum Sanguntinum dissertatione, quam paulo ante protulimus, comprobatur. Ichnographiæ amphitheatri orthographiam adjecit, qualis hodie visitur, id est dirutam pene totamque labefactatam; cum autem hæc orthographia penitus destructa sit, ab ea referenda abstinebimus, satisque habebimus ichnographiam hic repræsentare. Hoc amphitheatrum ad hæc usque postrema tempora conservatum fuerat; verum magistratus Hispalensis, cum cerneret urbem exundante flumine periclitari, amphitheatrum dirui jussit, ut ejus lapidibus muri aggeresque construerentur, qui adversus alvei violentiam urbi præsidio esse possent. Dirutum ergo amphitheatrum fuit, eaque solum servata sunt quæ demoliendi difficultas intacta relinquere coëgit. Hoc amphitheatrum hac in re Nemausensi simile est, quod podium arenæ imminens sit latissimum. Hæc erat, ut diximus, sedes senatorum & magistratuum. Portæ quæ podii sunt aditus, in utroque latæ sublimesque sunt. Istac haud dubie senatores magistratusque ad sedes suas contendebant. Hæ etiam portæ equitibus in usu esse potuerint, qui primas supra podium sedes occupabant. Scalæ theatri Italicensis a porticu superiori ad podium usque pertingunt.

CHAP.


AMPHITHEATRES
CLI. Pl. a la 262 pag. T. III
AMPHITH DE NIMES
Carte de Nismes
Carte de Nismes
AMPHIT. DE TINTINIAC
Baluse
AMPHIT. D'AUTUN
Thiroux
Tome III 151


CLII Pl. a la 262. pag T III
AMPHITHEATRE D'ITALICA
Mr. Marti
Tome III 152



CHAPITRE X.

I. Les jeux des amphitheatres, & premierement des gladiateurs. II. La forme du ſerment que prêtoient les gladiateurs. III. Differentes ſortes de gladiateurs. IV. Leurs combats.

I. VOILA bien des amphitheatres que nous avons repréſentez, & dont nous avons donné la forme; il nous reſte à parler des jeux qui s'y faiſoient. Le plus frequent & le plus ſanglant de tous étoit celui des gladiateurs, dont on croit que l'uſage étoit venu des Hetruſques, deſquels les Romains avoient emprunté pluſieurs autres coutumes. L'origine en eſt venue, à ce qu'on dit, de ce qu'anciennement on immoloit les ennemis pris en guerre ſur la tombe des vaillans hommes. Dans la ſuite des tems, dit Servius Commentateur de Virgile, il parut moins cruel de les faire combattre ſur ces tombeaux les uns contre les autres. Ces gladiateurs furent appellez *buſtuarii*, parcequ'en ce tems-là on appelloit buſte l'endroit où repoſoient les cendres des morts. On commença à donner le ſpectacle public des gladiateurs à Rome en l'an 490. de ſa fondation, ſous le Conſulat d'Appius Claudius & de M. Fulvius. Au commencement on donnoit ce ſpectacle aux funerailles des principaux Magiſtrats & des Senateurs : mais dans la ſuite des tems la coutume en paſſa aux perſonnes privées, qui ordonnoient quelquefois par leur teſtament qu'il y auroit des gladiateurs à leurs funerailles. Il y en avoit quelquefois même aux funerailles des femmes. On n'en demeura pas là; les gladiateurs furent encore en uſage dans les feſtins ſolennels; on en mettoit quelques couples dans les ſalles à manger, qui ſe battoient devant les convives; tant ces anciens Romains aimoient le ſang & le carnage. Cela devint enfin ſi commun à Rome, qu'il ſe celebroit peu de grandes ſolennitez ſans gladiateurs. On ſe faiſoit un merite d'en donner publiquement au jour de ſa naiſſance, aux dédicaces de quelque grand édifice, aux quinquennales, aux decennales, aux vigeſimales. Au commencement ce n'étoient que des eſclaves & des captifs qui faiſoient l'office de gladiateurs; mais dans la ſuite des tems les gens prévenus de quelque crime étoient condamnez à être gladiateurs : ceux qui avoient des eſclaves propres à ce com-

---

CAPUT X.

I. De ludis amphitheatri & primo de gladiatoribus. II. Forma ſacramenti a gladiatoribus præſtiti. III. Gladiatorum varia genera. IV. Modus pugnandi.

I. MULTA certe protulimus amphitheatra, pluraque poſſemus eaque inſignia adjicere: verum hæc haud dubie ſatis erunt, quando videlicet pauca erant quæ ab uſitata communique forma diſcederent. Jam de ludis amphitheatri agendum. Frequentiſſimus cruentiſſimuſque omnium, gladiatorum ludus erat, cujus uſus ab Hetruſcis deſumtus fuiſſe putabatur, ut jam diximus, ex quibus Romani multa alia acceperant: hinc origo petenda, ut dicunt, quod olim in bello capti hoſtes in ſepulcris virorum fortium necarentur: ita Servius Æneid. 10. v. 519. *quod poſtquam crudele viſum eſt*, pergit idem Servius, *placuit gladiatores ante ſepulcra dimicare, qui a buſti cineribus buſtuarii dicti.* Spectaculum gladiatorum Romæ edi cœptum eſt anno 490. ab urbe condita conſulibus Appio Claudio & Marco Fulvio. Principio hoc ſpectaculum edebatur in funere præcipuorum magiſtratuum atque ſenatorum; ſed inſequenti tempore ad privatos etiam mos tranſiit, qui aliquando etiam teſtamento ſtatuebant ut eſſent gladiatores in funere ſuo: nonnunquam etiam in funere mulierum gladiatores dabantur. Neque his contenti, etiam in conviviis inſignioribus gladiatores pugnabant: gladiatorum paria in tricliniis locabantur, qui ante convivas dimicarent, uſque adeo ſanguine cædibuſque delectabantur antiquiores illi Romani. Demum tanta fuit hujuſmodi ſpectaculorum frequentia ut pauci dies feſti celebriores eſſent gladiatorum pugnis vacui. In die natalium ſuorum Romani ſpectaculum edere ſolebant gladiatorum, cum item magnum qnodpiam ædificium dedicabatur, in quinquennalibus, etiam in decennalibus, & in vigeſimalibus. Principio captivi tantum atque ſervi gladiatorum munere fungebantur. Sub hæc etiam ſontes qui ſcelerum cauſa plectendi eſſent, in pœnam gladiatores eſſe cogebantur.

bat les vendoient argent comptant. Il y avoit même des gens libres qui s'offroient volontairement à cela, pour y acquerir de l'honneur, & y faire preuve de leur force, de leur adresse & de leur courage.

II. La forme du serment qu'ils prêtoient à leur maitre, tirée de Petrone, étoit telle: *Nous sommes prets de souffrir le feu, les liens, lès fouets, le fer & la mort, pour faire nôtre devoir de gladiateurs.* L'Empereur Gordien troisiéme, dit Capitolin, avoit deux mille gladiateurs qu'on appelloit fiscaux, parcequ'ils étoient entretenus du fisc ou du tresor Imperial.

III. Cette fureur passa si avant, que des jeunes gens de la premiere qualité, qui avoient mal fait leurs affaires, ou que la débauche avoit ruinez, ou enfin qui vouloient plaire aux Empereurs adonnez à ces sortes de spectacles, se louoient pour l'office de gladiateurs; ils combattoient avec de certaines marques qui les distinguoient des autres. La fureur de ces combats l'épée à la main, passa des hommes aux femmes; on en vit se battre publiquement, & se porter des coups mortels: mais cela fut assez rare.

Entre ces gladiateurs ceux qu'on appelloit *secutores*, étoient ceux qui suivoient le Retiaire; ils étoient armez de javelots & de masses de plomb pour parer les coups de l'adversaire. Ils portoient aussi un casque & un bouclier.

Le Retiaire se battoit tantôt contre le Secuteur, & tantôt contre le Myrmillon. Il portoit une espece de rets dont il paroit les coups & retenoit l'arme de son adversaire, pour le frapper pendant ce tems-là. Le Retiaire alloit sans casque & sans bouclier; il jettoit son rets, & fuioit ensuite. Il portoit un trident pour épée.

Le Myrmillon semble être ainsi appellé d'un bouclier Gaulois qu'on appelloit Myrmillonique. Les Myrmillons s'appelloient Gaulois, du nom de leur payis; ils avoient des poissons sur leurs casques. Le Myrmillon combattoit contre le Retiaire, & pendant le combat on chantoit: *Pourquoi me fuis-tu, Gaulois? ce n'est pas à toi, Gaulois, que j'en veux, mais à ton poisson.*

IV. Au commencement, comme nous venons de dire, les combats des gladiateurs se faisoient sur les cendres des morts de qualité, & cela passa jusqu'aux salles des festins: on en donna dans le marché public, dans les cirques, dans les rues, & dans d'autres lieux où l'affluence du peuple se trouvoit. Mais le lieu propre & le plus ordinaire fut l'amphitheatre, dès qu'on en

---

Ii qui servos haberent fortes, qui gladiatorum possent munere fungi, ipsos numerata pecunia venumdabant. Aliquando etiam viri liberi sua sponte sese in gladiatores offerebant, ut hinc gloriam sibi pararent unaque fortitudinis acstrenuitatis specimen darent.

II. Formam sacramenti præstandi eruunt quidam ex hisce Petronii verbis: *In verba Eumolpi sacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari: & quidquid aliud Eumolpus jussisset, tam legitimi gladiatores domino corpora animosque religiosissime addicimus.* Imperator Gordianus tertius, inquit Capitolinus, duo millia gladiatorum habuit, qui fiscales vocabantur, quoniam ex fisco seu ex thesauro imperiali alebantur.

III. Eo usque processit gladiatorius ille furor, ut juvenes viri primarii, qui male rem familiarem gesserant, vel qui luxu perditi bona consumserant, vel qui imperatoribus spectaculorum amantibus placere vellent, ad arenæ operam sese locarent: & cum quibusdam notis tesserisve, queis a turba gladiatorum distinguebantur, pugnarent. Ex viris etiam ad mulieres furor ille pervasit; nam, ut ait Tacitus Annal. 15. 32. *Feminarum illustrium senatorumque plures per arenam fœdati sunt.*

Inter gladiatores hujusmodi secutores dicebantur ii qui Retiarium sequerentur, hi jaculis erant armati massisque plumbeis, quæ adversarii jaculum impedirent: casside item clipeoque erant muniti.

Retiarius contra secutorem vel aliquando contra Myrmillonem pugnabat, sic a reticulo dictus quo adversarium jaculo se impugnantem declinaret, & implicitum superaret. Retiarius sine clipeo & sine galea pugnabat nudo vultu, rete effundebat, posteaque fugiebat, tridentem ille pro gladio gestabat.

Myrmillo dicebatur a scuto gallico quod Myrmillonicum appellabant: Myrmillones prisce Galli vocabantur a patria, in eorum galeis piscis effigies erat: Myrmillo contra retiarium pugnabat, & dum pugnaretur, cantabant: *Non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle?*

IV. Principio, ut diximus, gladiatores in sepulcris nobilium pugnabant, hinc ad triclinia gladiatores intromissi sunt. Hoc spectaculum editum etiam fuit in foro, in circo, in viis, in aliisve locis, quo populi turba confluerent. Verum locus proprius solitusque amphitheatrum erat, postquam amphitheatra Ro-

eut bâti à Rome. On les menoit au combat en pompe & en ceremonie : lorſqu'ils y étoient arrivez, ils ſe ſeparoient deux à deux ; le ſon de la trompette étoit le ſignal du combat. Ceux qui étoient bleſſez, ou qui preſſez par leur antagoniſte, craignoient la mort, mettoient armes bas pour demander quartier. Alors ſi les acclamations du peuple étoient pour leur délivrance, ils ſortoient libres pour ce jour-là ; ſinon, on les tuoit. Les maitres ſuivoient ordinairement la volonté du peuple : ſi le peuple crioit, *recipe ferrum*, *reçois le fer* ; il étoit d'abord tué ſans miſericorde. On donnoit au vainqueur une baguette qui s'appelloit *rudis* ; après quoi il étoit délivré de ces ſortes de combats pour toute ſa vie, à moins qu'il ne voulut ſe louer pour paroitre derechef ſur l'arene. Les morts étoient traînez avec un croc au lieu qu'on appelloit *ſpoliarium*. Les gladiateurs portoient des éponges pour eſſuier le ſang. Quand un d'eux tomboit mort, ſon adverſaire le prenoit quelquefois ſur ſes épaules pour le montrer au peuple, comme on voit dans l'image que nous donnons. Il y en avoit qui en agiſſoient plus cruellement ; ils portoient de nouveaux coups au cadavre, pour voir s'il étoit veritablement mort : quelques-uns portoient leur rage juſqu'à boire du ſang du gladiateur mort. Le ſuivant paroit avoir reçû une baguette après la victoire, ce qui l'exemp o:t de combattre. Celui d'après, qui porte la palme, a aſſurément reçû la baguette. Il en eſt de même de Nympheros qui ſuit ; car c'eſt ainſi qu'il faut l'appeller, & non pas Nampheros, comme ont lu ceux qui ont donné ce monument. Si on liſoit Nampheros, ce ſeroit un A renverſé ; je ne doute pas que ce ne ſoit un V, d'autant plus que Nampheros ſeroit un nom barbare. Nous donnons encore d'autres images de gladiateurs, toutes tirées de l'antique. Lipſe en a donné bien davantage ; mais, remarque M. Fabreti, il l'a fait ſans autorité, comme les figures lui ſont venues dans l'idée : nous n'oſerions nous y fier.

Pl. CLIII.

---

mæ primum ſtructa ſunt. Cum pompa gladiatores ducebantur ; cumque in arenam perventum eſſet, bini ſeparabantur. Tubæ clangor ſignum erat pugnæ. Ii qui vulnerati eſſent, vel qui premente adverſario mortem metuerent, arma deponebant, ut vitam peterent. Tum ſi populus acclamando liberandos eos proferret, eo die liberabantur ; ſi contra, interficiebantur. Domini ut plurimum populi ſequebantur placitum. Si populus clamaret, *recipe ferrum*, ſtatim immiſericorditer occidebantur. Victor rude donabatur, virgâ videlicet : poſteaque ab hujuſmodi pugnis liber omnino erat in poſterum, niſi ſe iterum pecunia conduci ad arenam adeundam pateretur. Cæſi unco trahebantur in locum cui nomen ſpoliarium. Gladiatores ſpongias gerebant, queis vulnera abſtergerent. Cum gladiator mortuus cadebat, adverſarius eum humeris ſuſtollebat ut populo oſtenderet, qualem videmus in imagine. Alii ceu ferino odio vulnera inſuper mortuo infligebant ut an adhuc ſpiraret explorarent : alii eo uſque rabie ferebantur, ut mortui gladiatoris ſanguinem ore exſugerent. Qui in tabula ſequitur rude donatus fuiſſe vi-etur poſt victoriam. Poſtquam rude donatus fuerat, a gladiatoria deinceps pugna liber prorſus erat ad vitam Alius qui palmam geſtat, rudem procul dubio accepit. Idipſum dixeris de Nympherote, nam Nympheros vocandus, non autem Nampheros, ut legerunt ii qui ante nos hoc monumentum publicarunt. Si Nampheros legeretur, A eſſet inverſum, non dubito Nympheros legendum eſſe, cum maxime Nampheros nomen foret barbarum. Alias etiam gladiatorum imagines proferimus. Lipſius plures imagines protulit ; ſed ut in mentem & animum venerunt, ſine ulla marmorum auctoritate, ut non ſemel notat Fabretus : quare ejus ſchemata proferre non auſim.

CHAPITRE XI.

I. Monument ſingulier de Baton gladiateur. II. Les teſſeræ *données aux gladiateurs. III. Autres images de gladiateurs. IV. Athletes* Hetruſques. *V. Autres.*

Pl. CLIV. I. VOICI un monument des plus ſinguliers qu'on ait encore vus. Dion dans ſon abregé fait par Xiphilin, dit de Caracalla qu'après avoir rempli la ville de Rome de ſang & de meurtres, il ſe tourna aux jeux publics, où il donna de nouvelles marques de ſa cruauté; car ſans parler, dit Xiphilin, d'un élephant, d'un rhinocerot, d'un tigre & d'un hippotigre, qu'il fit tuer dans l'amphitheatre, il prenoit plaiſir à faire perir un grand nombre de gladiateurs; il obligea un gladiateur nommé Baton, de ſe battre ſucceſſivement dans un même jour contre trois autres. Baton fut tué par le troiſiéme: Caracalla lui fit faire un beau tombeau; le voici ce tombeau trouvé dans la vigne Pamphile avec l'inſcription *Batoni.* Ce gladiateur y eſt repréſenté ſur un marbre de ſix pieds & demi de haut; il eſt de ceux qu'on appelloit Samnites, dont parle Ciceron dans ſon Oraiſon pour Seſtius. Tite-Live dit qu'ils furent appellez Samnites par les Campaniens, qui n'aimant pas la nation des Samnites donnerent & leurs noms & leurs armes aux gladiateurs; ces armes étoient, dit Tite-Live, de cette forme: *Le bouclier des Samnites étoit plus large en haut, pour mieux couvrir les épaules & la poitrine, & s'étendoit également de ce côté, mais plus reſerré par le bas, afin qu'il fût plus aiſé à tourner; ils couvroient leur poitrine d'une éponge, & portoient une* ocrea *à la jambe gauche; leur caſque avoit une aigrete.* Sur cette deſcription de Tite-Live, Juſte-Lipſe a donné l'image du gladiateur Samnite, mais qui a fort peu de rapport à celui-ci, qui eſt ſans doute le veritable. L'écu fait comme une tuile à canal ſe rétrécit par le bas; il porte ſur la poitrine quelque choſe qui doit être une éponge; à la jambe gauche il a une *ocrea* extrémement large, au lieu qu'à la droite il en a une autre aſſez étroite. Son caſque qui a une aigrete, a auſſi une viſiere; il eſt mis ſur un tronc d'arbre. Le nom du gladiateur eſt en cette forme, ▲BA ▲ TO ▲ NI▲. M. Fabreti donne pluſieurs autres inſcriptions où les ſyllabes ſont ainſi ſeparées; celles-

---

CAPUT XI.

I. Monumentum ſingulare Batonis gladiatoris. II. Teſſeræ gladiatoribus datæ. III. Aliæ gladiatorum imagines. IV. Athletæ Hetruſci. V. Alii.

I. EN monumentum inter ſingulariſſima computandum. Dio in Xiphilini compendio ait de Caracalla imperatore loquens, eum poſtquam urbem Romam ſanguine cædibuſque repleverat, ad ludos converſum, multarum & ibi quoque cædium auctorem fuiſſe: *Nam ut omittam*, inquit Xiphilinus, *elephantum, rhinocerotem, tigrim, hippotigrim cæſas in amphitheatro, quod parvi momenti ſint, gladiatorum ſanguine potiſſimum delectabatur. Batonem nomine coegit eodem die cum tribus certare, eumque occiſum a poſtremo affecit illuſtri ſepultura.* En ipſum Batonis ſepulcrum in villa Pamphilia repertum cum inſcriptione *Batoni.* Ipſe gladiator repræſentatur in marmore cujus altitudo ſex & dimidii pedum eſt. Ex numero eſt eorum quos Samnites vocabant, de quibus Cicero in orat. pro Seſtio. Titus Livius lib. 9. cap. 40. ait Samnites vocatos a Campanis. *Campani*, inquit, *odio Samnitium gladiatores eo ornatu armarunt. Samnitiumque nomine appellarunt*: quæ arma ſic deſcribit idem Titus Livius: *Forma erat ſcuti, ſummum latius, qua pectus atque humeri teguntur, faſtigio æquali; ad imum cuneatior mobilitatis cauſſa: ſpongia pectori tegumentum, & ſiniſtrum crus ocrea tectum, galea criſtata.* Secundum hanc Titi Livii deſcriptionem Lipſius imaginem Samnitis gladiatoris delineari curavit, ſed quæ huic veræ imagini longe diſſimilis eſt: ſcutum imbricis more concinnatum ad imum *cuneatius eſt.* Id quod in pectore geſtat eſt fortaſſe ſpongia: in crure ſiniſtro ocrea admodum larga, cum contra in ſiniſtra ſtrictior compareat: galea criſtata eſt & bucculam habet cum foraminibus binis oculorum obtutui deſtinatis, galea trunco arboris inſiſtit. Gladiatoris nomen hac forma ponitur ▲ BA ▲ TO ▲ NI ▲. Fabretus alias multas inſcriptiones profert col. Traj. p. 259. ubi ſyllabæ ſic ſunt ſeparatæ: hæ vero tres ſyl-


GLADIATEURS
CLIII. Pl a la 266. page T. III
P
AP
Maffei
Maffei
ЭΦMVN
LUC
La Chausse
Maffei
N. Cabinet
Ch Fontaine
Tome III 153



GLADIATEUR



Fabretti

ci le ſont d'une maniere bien plus marquée ; ne pourroit-on pas dire que ces trois ſyllabes ſont ainſi ſeparées, pour marquer les trois combats que Baton avoit ſoutenus le même jour ?

II. On donnoit à ces gladiateurs vainqueurs des marques d'ivoire ou de quelque autre matiere : ces marques s'appelloient *teſſeræ* ; c'étoit comme un titre qu'on leur donnoit pour aſſiſter au ſpectacle. Gruter en a publié quelques-unes, M. de la Chauſſe en donne auſſi ; on en voit encore quantité dans le recueil des inſcriptions de M. Fabreti, une entre autres qui eſt un quarré long & ſolide à quatre faces, qui a ſur deux côtez cette inſcription, PHILOMUSUS PERELI SPECTAVIT ; ſur le troiſiéme un trident, & ſur le quatriéme une palme. Le trident marque peutêtre que c'étoit un Retiaire.

III. Le premier gladiateur de la planche ſuivante eſt copié d'après un marbre Romain d'un excellent maitre : il a reçu le coup mortel ; aſſis il ſe ſoutient encore ſur la main droite, tandis que le ſang coule de ſa plaie ; le collier qu'il porte marque que c'étoit un gladiateur de quelque renom. Le ſecond gladiateur aſſis tient un pied ſur ſon caſque, & de ſes deux mains le fourreau de ſon épée. Un autre de notre cabinet eſt victorieux, comme le marque la couronne de laurier qu'il porte : il tenoit apparemment de la main droite la baguete qu'on leur donnoit après la victoire, ou peutêtre tenoit-il une épée. PL. CLV.

IV. Nous trouvons parmi les figures Hetruſques qu'on déterre tous les jours en Italie, aſſez grand nombre de gens qui combattent avec la maſſue, portant ſur le bras une piece d'étoffe comme une ſerviete. Il y en a trois de cette ſorte dans notre cabinet, à l'un deſquels il paroit que la maſſue eſt tombée. Le P. Bonanni en a donné deux autres, dont l'un a encore la maſſue : l'autre paroit l'avoir eue, & n'a rien préſentement à la main droite. Les Hetruſques aimoient fort tous les ſpectacles & les jeux ; ils leur ont même donné le nom, *à Lydis ludi*, dit Tertullien : on ſait que les Hetruſques étoient une colonie des Lydiens, comme Herodote & d'autres nous l'apprennent. Dans nos monumens Gaulois, que M. l'Abbé Charlet de Langres m'a communiquez, on voit deux hommes en buſte ſeulement, qui ſe battent avec des maſſues : quoique la maſſue fut en uſage pour les combats & les batailles chez les Germains & chez les Gaulois, je crois que ce qui eſt repréſenté ici n'eſt que ce qui ſe paſſoit aux ſpectacles. Nous avons encore parmi PL. CLVI.

---

labæ inſigni peculiarique modo diſtinctæ ſunt. Num dici poſſit tres ſyllabas ita ſeparatas tria Batonis eodem die certamina ſignificare ?

II. Hujuſmodi gladiatoribus victoribus teſſeræ dabantur eburneæ, aut ex alia materia. Id erat ceu inſtrumentum quo jus ſpectaculorum concedebatur. Gruterus aliquot protulit, Cauceus etiam nonnullas publicavit : non paucæ item viſuntur in collectione inſcriptionum Fabreti, inter quas una quadrata oblonga atque ſolida, quæ quatuor facies exhibet, in duabuſque hæc leguntur PHILOMUSUS PERELI SPECTAVIT : in tertia facie tridens, in quarta palma. Tridens fortaſſe retiarium fuiſſe ſignificet.

III. Primus gladiator tabulæ ſequentis ex marmore Romano expreſſus peritiſſimi artificis eſt. Is vulnere confoſſus lethali ſedet manuque dextera nititur, ſanguis ex vulnere promanat. Torques quo exornatur ſignificat gladiatorem eſſe cujuſpiam nominis. Secundus gladiator ſedet, pede galeam premit, ambabuſque manibus gladii vaginam tenet. Alius ex Muſeo noſtro victor eſt, ut laurea corona ſignificat ; manu fortaſſe dextera rudem qua donatus fuerat tenebat, aut forte gladium.

IV. Inter Hetruſcas figuras quæ per Italiam in dies eruuntur, non pauci viri Hetruſci viſuntur, qui clava pugnant, quique pannum & quaſi mantile brachio geſtant. Tres hujuſmodi ſunt in Muſeo noſtro, quorum unius clava pene tota excidit. P. Bonannus duos protulit, quorum unus clavam adhuc tenet, alterius vero clava excidiſſe videtur. Hetruſci ſpectaculorum & ludorum omnium ſtudioſi erant, indeque nomen acceperunt, a Lydis ludi, inquit Tertullianus de ſpectaculis. Hetruſcos autem ſive Tuſcos Lydorum eſſe coloniam ait Herodotus 1. 94. In monumentis noſtris Gallicis a D. Abbate Charlet mihi tranſmiſſis protomæ duæ habentur virorum clava pugnantium. Etſi clava ad prælia certaminaque in uſu eſſet apud Germanos atque Gallos, puto id ſolum hoc loco repræſentari, quod in ſpectaculis edebatur. In-

nos figures Hetrusques un homme armé d'un arc, de fleches & d'un carquois, qui étoit aussi apparemment un de ceux qui paroissoient aux amphitheatres & aux autres spectacles publics : nous savons que l'Empereur Commode, dont la passion extreme pour les jeux de l'amphitheatre étoit peutêtre le moindre vice, y tiroit de l'arc avec une adresse merveilleuse, comme Herodien nous l'apprend : une des preuves de son extraordinaire habileté étoit que tirant une fleche dont le fer étoit en demi-lune & tranchant par le dedans, il coupoit la tête aux oiseaux à la volée, en sorte que la tête tomboit d'un côté & le corps de l'autre.

Pl. CLVII V. Les athletes Hetrusques nous conduisent à l'explication d'une figure fort curieuse trouvée en Italie, qui est présentement en Hollande. C'est un athlete Hetrusque d'un beau dessein ; il est victorieux, couronné de laurier, orné d'un bracelet qui paroit être la récompense de sa victoire : nous avons déja vu, & nous verrons encore dans la suite que les colliers & les bracelets se donnoient aux victorieux. Son collier a des bulles pendantes ; ces bulles étoient une marque d'honneur non seulement pour les jeunes garçons de qualité, mais encore pour ceux qui triomphoient, comme nous avons dit sur l'article des bulles. L'inscription sur la cuisse paroitroit extraordinaire, si nous n'avions vu de pareilles inscriptions Hetrusques sur la cuisse, & quelquefois sur les habits. Sa chaussure est remarquable, c'est une *ocrea* ou un *campagus*. Outre les inscriptions que nous avons déja données au chapitre de l'habit Hetrusque, en voici encore une autre sur le dessein d'une petite statue de bronze de dix pouces de hauteur ; elle est au cabinet de Monseigneur le Cardinal Gualtieri à Rome ; celle-ci est sur l'habit immediatement au dessus de la cuisse : les lettres paroissent latines, mais les mots sont, ce me semble, hetrusques : nous avons déja vu des inscriptions Hetrusques écrites en caracteres purement latins. Il y en aura peutêtre qui croiront que l'inscription est latine & quant aux lettres & quant aux mots, mais de la forme la plus ancienne, qui étoit fort differente de la maniere d'écrire & d'ortographier, qui étoit en usage au tems de la belle latinité : comme les lettres en sont tres-bien formées, quelqu'un s'exercera peutêtre à la lire & à l'expliquer. Ce qu'il y a de remarquable sur ce Toscan, est qu'il a un pied chaussé & l'autre nu. S'il est permis de mêler le sacré avec le profane, ceci a quelque rapport avec ce passage de l'Apocalypse où il est dit de notre Seigneur victorieux,

---

ter Hetruscas figuras insuper habemus armatum virum arcu, sagittis & pharetra, qui ex iis, ut videtur, erat qui in amphitheatris in aliisve spectaculis publicis comparebant. Scimus Commodum imperatorem, cujus perquam minimum vitium erat nimium erga amphitheatricos ludos studium, tanta in sagittando peritia fuisse, referente Herodiano in Commodo, ut cum arcu sagittam emitteret cujus ferrum bicornis lunæ formam referebat, avium volantium caput præscinderet, ita ut caput hinc, corpus inde delaberetur.

V. Athletæ Hetrusci ad figuræ cujuspiam explicationem viam parant, quæ in Italia reperta, jam in Batavia reperitur. Est athleta Hetruscus peritissimi artificii, qui victor & lauro coronatus armilla exornatur, quam in fortitudinis præmium consequutus videtur. Jam diximus & in sequentibus dicemus torques & armillas victoribus datas fuisse. Torques illius bullas dependentes præfert : hæ porro bullæ honoris tessera erant non modo pueris nobilium, sed etiam iis qui triumpharent, ut cum de bullis ageretur dicebamus. Inscriptio in femore insolens prorsus putaretur, nisi jam similes inscriptiones vidissemus, aliquando etiam in vestibus exaratas. Ejus calceamentum spectabile, ocrea videtur esse aut campagus. Inscriptiones hujusmodi jam conspeximus ubi de veste Hetrusca. En aliam hujusmodi figuram ex statua musei Em. Card. Gualterii expressam ; quæ statua decem pollicum regiorum est : hæc inscriptio in veste exarata est supra femur. Literæ primo intuitu latinæ videntur esse, sed verba, ut quidem videtur, Hetrusca sunt: jam vidimus inscriptiones Hetruscas charactere latino expressas. Non deerunt fortasse qui inscriptionem & quantum ad literas, & quantum ad voces ipsas spectat, esse latinam putabunt, sed vetustissima illa forma exaratam, in orthographiæ modo longe diversam ab eo, qui florentissimæ latinitatis tempore florebat. Cum autem literæ non ineleganter exaratæ sint, erit fortasse, qui inscriptionem legere & explicare tentaturus sit. Quod in hoc Hetrusco observatu dignum est, pedem ille alterum calceatum, alterum nudum habet. Si sacra profanis admiscere liceat, hæc aliquatenus referri possunt ad hunc Apocalypsis locum 19. 16. ubi de Domino N. J. Christo victore


GLADIATEURS
CLV. Pl. a la 268. page T. III
Raccolta Maffei
N. Cabinet
Raccolta Maffei
Tome III 155


CLVI. Pl. a la 268 page T. III
N. Cabinet
N. Cabinet
N. Cabinet
Bonanni
Bonanni
Mss de Mr. Charlet
N Cabinet
Tome III 156




ATHLETES HETRUSQUES
CLVII. Pl 1 la 268 page T III
Cabinet de Mr. le
Cardin. Gualtieri
Envoié d'Hollande
Tome III 157

qu'il portoit écrit ſur ſa cuiſſe & ſur ſon habit, LE ROI DES ROIS, ET LE SEIGNEUR DES SEIGNEURS. Cette écriture ſur la cuiſſe étoit donc une marque d'honneur & de victoire. On trouve quelquefois des inſcriptions ſur la cuiſſe ou au pied des figures, qui portent le nom du maitre ouvrier qui les a faites, comme on peut voir ſur quelques ſtatues: dans les Verrines Ciceron parle d'un Apollon qui portoit ſur la cuiſſe le nom de l'ouvrier, qui étoit Myron, écrit en lettres d'argent.

On trouve encore de ſemblables athletes avec une inſcription greque ſur la cuiſſe: tel eſt celui qui a été imprimé dans les *Marmora Felſinea* à Boulogne, & depuis donné de nouveau en Hollande, où on lit ſur la cuiſſe, Καφισοδορος; ce devroit être un ω à la pénultieme ſyllabe; mais toutes les deux éditions ont un ο. L'édition de Boulogne met un autre mot ſur la même cuiſſe; celle d'Hollande met auſſi les deux, mais un ſur chaque cuiſſe. L'autre mot eſt Αἰσχραμίου, *Æſchramii*, ſelon l'opinion d'un habile homme; mais ce qu'il prend pour un ρ a plus la forme d'un λ dans l'un & l'autre exemplaire. On voit auſſi entre les inſcriptions imprimées à Ingolſtat par Apianus, un homme nu qui tient une hache, & qui a ſur la cuiſſe une inſcription latine en ces termes: A. POBLICIUS. D. L. ANTIOCH. TI. BARBIUS P. L. TIBER. A ſes pieds eſt un grand bouclier qui en ſon contour a cette inſcription: M. GALLICINUS VINDILIE. L. BARB. L. L. PHILOTERUS PR. CRAXSANTUS BARBIUS.

PL. CLVIII.

dicitur: *& habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum & Dominus dominantium*: hæc itaque in femore ſcriptura ſignum erat honoris atque victoriæ. Aliquando in femore in pedeque ſtatuarum artificum nomina comparent, ut videre eſt in aliquot ſtatuis: ſimiles inſcriptiones commemorat Cicero in Verrina quarta, ubi Apollinem commemorat in femore argenteis literis nomen Myronis ſculptoris geſtantem.

Similes etiam athletæ viſuntur cum inſcriptione græca in femore exarata; hujuſmodi eſt is qui in marmoribus Felſineis expreſſus fuit, & nuper in Batavia publicatus; ubi in ipſo femore legitur καφισόδορος, ω in penultima eſſe deberet, ſed in utraque editione ο habetur. Editio Bononienſis aliud verbum in eodem ipſo femore exaravit, at Batavica editio, duo quoque verba adſcribens, in ſingulis femoribus ſingula verba poſuit. Alia vox eſt αἰσχραμίυ Æſchrammii ſecundum eruditi cujuſpiam opinionem: ſed id quod ρ eſſe putat, magis accedit ad formam λ in utroque exemplo. Inter inſcriptiones a Petro Apiano Ingolſtadii cuſas vir conſpicitur ſecurim tenens, in cujus femore hæc inſcriptio legitur latine p. 397. & 414. A. POBLICIVS D. L. ANTIOCH. TI. BARBIVS P. L. TIBER. Ad ejus pedes magnum ſcutum, cujus inſcriptio circum eſt: M. GALLICINUS VINDILIE. L. BARB. L. L. PHILOTERUS PR. CRAXSANTUS BARBIUS.



CHAPITRE XII.

I. Les combats des bêtes. II. Les bêtes fauves dreſſées à conduire des chariots. III. L'Empereur Elagabale va ſur des chars ſemblables. IV. Hiſtoire des Sybarites. V. Taureaux victorieux.

I. LES combats des bêtes ſe faiſoient auſſi dans les amphitheatres, dans les cirques & dans d'autres lieux publics. Les bêtes qui ſervoient à ces ſortes de ſpectacles étoient ou privées & domeſtiques, comme le taureau, le cheval, l'élephant; ou ſauvages, comme le lion, l'ours, le tigre, la panthere, le leopard & autres. Ces bêtes combattoient ou contre d'autres de la même eſpece, ou contre des bêtes de differente eſpece, comme l'élephant contre le lion; ou enfin contre des hommes. Les hommes qui combattoient contre des bêtes, étoient ou des criminels condamnez à cette ſorte de ſupplice, ou des gens qui ſe louoient pour de l'argent; ceux-ci étoient eſtimez infames; ou enfin d'autres qui s'offroient d'eux-mêmes par oſtentation & pour faire montre de leur force & de leur adreſſe. On tenoit ces bêtes enfermées dans des caveaux, qu'on voit encore aujourd'hui tout autour des Arenes, & qu'on appelloit *caveæ*: les plus furieuſes étoient attachées par les jambes avec des inſtrumens de fer ſemblables à celui que nous repréſentons ici trouvé dans l'amphitheatre d'Autun. Les criminels condamnez à combattre contre les bêtes, s'ils venoient à les tuer, étoient renvoiez abſous. C'eſt pour cela que ce combat n'étoit pas regardé comme le dernier des ſupplices, comme nous l'apprend Ulpien dans ſa loi contre les faux monnoieurs: *Si ceux qui raclent*, dit-il, *des monnoies d'or, qui en dorent de cuivre, ou qui en fabriquent, ſont libres, qu'ils ſoient expoſez aux bêtes: s'ils ſont eſclaves, qu'ils ſoient punis du dernier ſupplice.* Les profanes condamnoient au ſupplice des bêtes les anciens Chrétiens, qui bien loin de ſe défendre, ſe laiſſoient égorger & dévorer comme des moutons; ils triomphoient en mourant de toute la puiſſance des hommes & des démons, & répandant leur ſang ils augmentoient l'empire de Jeſus-Chriſt plus que les plus grands conquerans n'étendent leur domination avec toutes leurs victoires.

II. Ce n'étoit pas le ſeul uſage que faiſoient les Grecs & les Romains des bêtes les plus feroces, que de les faire combattre dans les amphitheatres &

CAPUT XII.

I. Pugnæ ferarum beſtiarumque. II. Feræ ad currus junctæ. III. Imperator Elagabalus hujuſmodi curribus vehitur. IV. Hiſtoria Sybaritarum. V. Tauri coronati.

I. FERARUM animaliumque certamina in amphitheatris etiam edebantur, inque circis & in aliis publicis locis. Quæ animalia his exercitiis deputabantur, ſive privata domeſticaque erant, ut taurus, equus, elephantus, ſive ſilvatica aut effera, ut leo, urſus, tigris, panthera, pardus & alia. Hæc animalia ſive cum aliis ejuſdem ſpeciei pugnabant, ſive cum diverſi generis beſtiis, ut elephantus cum leone; vel demum contra viros concertabant. Qui contra feras pugnabant viri, criminibus obnoxii erant, ad hoc ſupplicii genus damnati; aut etiam alii viri qui pactione pecuniæ ſeſe ſponte offerebant; hique infames reputabantur; vel demum alii, ut roboris artiſque ſuæ ſpecimen darent, ad hoc genus certaminis deſcendebant. Feræ in caveis, quæ hodieque in imo amphitheatro circum Arenas viſuntur, cuſtodiebantur: quæ furioſæ erant vinciebantur compedibus, ſimilibus ei quem in amphitheatro Auguſtodunenſi repertum diximus. Qui rei ad beſtias damnati feram occiderent, liberi & abſoluti dimittebantur: ideoque hoc ſupplicium non omnium extremum eſſe cenſebatur, ut ex Ulpiano diſcimus. Profani illi Chriſtianos ad beſtias damnabant, qui ſeſe velut oves devorandos offerebant, nedum ſe defenderent: ac moriendo de hominum dæmonumque potentia triumphabant, & ſanguinis effuſione imperium Chriſti propagabant plus quam reges illi atque imperatores, qui victoriis ſuis imperii fines late producere ſtudent.

II. Non ad eum ſolum uſum Græci Romanique feras illas intractabiles deputabant, ut videlicet in amphitheatris & in publicis locis depugnarent. Erant

dans

dans les lieux publics pour le ſpectacle. Il y avoit auſſi des gens parmi eux qui les apprivoiſoient & les rendoient dociles juſqu'à ce point que ſans faire mal à perſonne ils leur faiſoient faire des tours de ſoupleſſe, leur apprenoient à ſe laiſſer mettre ſous le joug & à tirer des chariots. Nous voions pluſieurs chars dans les figures non ſeulement des divinitez, mais auſſi des Empereurs & des Imperatrices, tirez par des lions, des tigres, des leopards, des pantheres, des loups, des cerfs, des élephans. Dans les ſpectacles publics donnez par Neron on vit des quadriges de chameaux, ou des chars tirez par quatre chameaux. Ils emploioient au même uſage les ours & les ſangliers. Tout cela eſt exprimé dans les vers de Martial, où il dit que les leopards ſe laiſſent mettre ſous le joug; que les tigres ces animaux ſi furieux ſouffrent patiemment les coups de fouets; que les cerfs ſe laiſſent mettre à la gueule des mords de fin or; que les ours amenez de la Libye ſont bridez comme des chevaux; que des ſangliers auſſi grands & auſſi furieux que le fameux ſanglier Calydonien, ont des têtieres & des licous de pourpre; que de monſtrueux biſontes, eſpeces de taureaux ſauvages, tirent des chars qu'on appelloit *eſſedes*: On fait danſer, dit-il, ces bêtes de même que ces danſeurs effeminez qui compoſent les chœurs; elles font tout ce que leur commande ce noir Africain qui leur ſert de maitre. Qui ne croiroit, conclut-il, que c'eſt un ſpectacle des dieux?

Les Grecs ſurpaſſoient les Romains en cela comme en pluſieurs autres choſes: dans la ſeule pompe de Ptolemée Philadelphe, dont la deſcription eſt plus bas, il y a vingt-quatre chars tirez par des élephans, ſoixante par des boucs, douze par des lions, ſept par des oryx, cinq par des buffles, huit par des autruches, ſept par des cerfs, quatre par des ânes ſauvages.

Nous donnons ici la figure d'un nommé Marcel, qui le fouet à la main domte un ours: la poſture de cet animal fait voir qu'il a déja quitté ſa ferocité naturelle; il ſe ſoumet au fouet d'une maniere qui exprime bien ce que dit Martial, *indulgent patientiam flagello*. L'inſcription, εὐτύχι Μάρκελλε εἰρήνη, ſemble être une priere de l'ours qui demande la paix à Eutyche Marcel; en effet l'ours eſt dans la poſture d'un ſuppliant, & paroit lui demander grace. L'Empereur Gordien troiſiéme avoit ſoixante lions & trente leopards apprivoiſez, dit Capitolin.

III. L'Empereur Elagabale, dit Spartien, fit tirer ſon char par quatre chiens d'une grandeur énorme; il alla en public avec un char tiré par quatre cerfs:

---

etiam qui hujuſmodi beſtias manſuefacerent; ita ut ſub jugum etiam mitti poſſent ac currus traherent. Currus videmus, non modo in ſchematibus deorum, ſed etiam in Auguſtorum Auguſtarumque imaginibus, quibus juncti ſunt leones, tigres, pardi, pantheræ, lupi, cervi, elephanti. In ſpectaculis publicis a Nerone editis viſæ ſunt quoque camelorum quadrigæ; erant etiam nonnunquam & urſi & apri ad idipſum munus deputati. Quæ omnia ſic exprimit Martialis:

Picto quod juga delicata collo
Pardus ſuſtinet, improbæque tigres
Indulgent patientiam flagello,
Mordent aurea quod lupata cervi,
Quod frenis Libyci domantur urſi,
Et quantum Calydon tuliſſe fertur,
Patet purpureis aper capiſtris.
Turpes eſſeda quod trahunt biſontes,
Et molles dare juſſa quod choreas
Nigro bellua nil negat magiſtro,
Quis ſpectacula non putet deorum?

Græci hac in re Romanos, ut & in aliis quamplurimis ſuperabant. In ſola pompa Ptolemæi Philadelphi, cujus deſcriptio infra; currus viginti quatuor elephantis juncti ſunt, ſexaginta hircis, duodecim leonibus, ſeptem orygibus, quinque bubalis, octo ſtruthiocamelis, ſeptem cervis, quatuor onagris.

Hic Marcelli cujuſpiam figuram damus, qui flagellum tenens urſum domat & manſuefacit. Fera jam ferocitatem depoſuiſſe videtur; & flagello ita cedit, ut belle exprimatur illud Martialis, *Indulgent patientiam flagello*. Inſcriptio græca, εὐτύχι Μάρκελλε εἰρήνη, videtur precatio urſi eſſe pacem petentis ab Eutychio Marcello, vereque urſus ſupplicis modum exhibet, videturque veniam a Marcello poſtulare. Imperator Gordianus tertius ſexaginta leones habebat, & triginta pardos manſuetos, ut narrat Capitolinus cap. 3.

III. Imperator Helagabalus, inquit Spartianus c. 28. *Canes quaternos ingentes junxit ad currum, & ſic eſt vectatus intra domum regiam: idque privatus in agris ſuis fecit. Proceſſit in publicum & quatuor cervis*

une autre fois il fit atteler à son char des lions, disant qu'il étoit la grande Mere : il attela une autre fois des tigres comme Bacchus. Quand il paroissoit en cet équipage, il portoit les habits propres à ces divinitez.

IV. Les Sybarites, gens voluptueux, dit Elien, avoient négligé toutes sortes d'exercices honnêtes, & ne pensoient qu'au plaisir, à la table & au luxe ; ce qui fut cause de leur perte, voici comment. Ils avoient instruit leurs chevaux à danser pendant leur repas au son de la flute. Les Crotoniates leurs ennemis qui savoient cela, & qui leur devoient donner bataille, firent taire leurs trompettes & tous leurs autres signes, & firent venir un grand nombre de joueurs de flutes : au son de ces flutes tous les chevaux des Sybarites se mirent à danser & à sauter ; plusieurs jetterent leurs maitres à terre, & furent cause de la déroute de leurs troupes. Un grand nombre d'autres, ajoute Athenée, pour aller trouver ces joueurs de flutes, emporterent les cavaliers dans le camp des ennemis.

On donnoit encore dans les amphitheatres d'autres jeux qui étoient communs aux cirques, aux theatres & aux gymnases ; nous en parlerons sur le cirque. Les naumachies s'y faisoient aussi quelquefois ; il y avoit dans Rome des lieux particuliers pour les naumachies, les vestiges d'une de ces naumachies s'y voient encore aujourd'hui, on en trouvera la description dans la suite.

V. Au bas de cette planche nous voions des taureaux victorieux dans les spectacles publics ; deux ont la marque de leur victoire, qui est une palme.

---


cunctis ingentibus : junxit sibi & leones, Matrem magnam se appellans; junxit & tigres Liberum sese vocans, eodemque habitu agens quo dii pinguntur, quos imitabatur.

IV. Sybaritæ, inquit Ælianus hist. anim. 16. 23. voluptuosi erant & luxui addicti, quæ res eis perniciem induxit hoc modo : equos illi ita instituerant ut inter epulas ad numeros saltarent. Quod cum scirent Crotoniatæ qui bellum adversus eos gererent, tubam & omne vehemens classicumque signum silere jusserunt : tibicinibus vero secum in acie adductis, cum jam intra sagittæ jactum ab hoste abessent, præceperunt ut numeros saltationi aptos inflarent ; quibus auditis Sybaritarum equi, saltationis domesticæ memoria, tamquam in mediis versarentur conviviis, excussis sessoribus, saltare & tripudiare cœperunt, & confuso Sybaritarum ordine stragis & cladis causa suis fuerunt dominis ; his adjicit Athenæus multos ex equis Sybaritarum, audito tibicinum sono, sessores suos in castra hostium ubi tibicines erant deportasse.

In amphitheatris alii quoque ludi edebantur, qui erant cum Circensibus ludis communes, cum theatris item atque gymnasiis, de quibus ubi de Circo. Naumachia etiam aliquando in amphitheatro exercebatur ; Romæ erant loca quædam naumachiæ deputata, quorum unius adhuc vestigia supersunt : Naumachiæ descriptio infra dabitur.

V. In ima tabula tauri victores exhibentur, qui in spectaculis publicis meruerant, quorum duo victoriæ signum palmam videlicet habent.




Athlete Hetrusque &c
CLVIII Pl a la 272. pag. T III
Envoié d'Hollande
ΕΥΤΥΧΙ ΜΑΡΚΕΛΛΕ
ΕΙΡΗΝΗ
Maffei
CF
Beger
Beger
Thiroux
Tome III 158



LIVRE III.

Qui comprend les grands Jeux des Grecs, les Jeux du cirque & les pompes.

CHAPITRE PREMIER.

I. Les Jeux Olympiques. II. Pythiens. III. Neméens. IV. Isthmiques.

I. LES Jeux Olympiques prirent leur nom de Jupiter Olympien. On leur donne une origine fabuleuse: les Auteurs & les Mythologues sont fort partagez sur l'instituteur de ces jeux; la plûpart disent que ce fut Hercule qui les institua, & qu'il se servit pour cela des dépouilles d'Augias Roi d'Elide. Mais Strabon rejette toutes ces origines fabuleuses, & prétend que ces jeux n'étoient point avant Homere, qui n'auroit point manqué d'en parler, s'ils avoient été instituez avant son tems. Leur institution doit donc demeurer dans l'incertitude. On convient que ce fut Iphitus contemporain de Lycurgue, qui rétablit ces jeux discontinuez; ces jeux ainsi rétablis furent encore discontinuez & remis de nouveau par Corœbus quatre cens huit ans après la prise de Troie. C'étoient d'abord ceux de Pise dans le Peloponnese qui avoient l'administration de ces jeux: mais aiant été détruits & ruinez entierement par les Eléens, ceux-ci en eurent le soin dans la suite, & par le commun consentement des Grecs on les laissoit en paix, lorsque tous les autres étoient en guerre. Cela fut encore sujet à quelques changemens dans la suite. Jusqu'à la cinquantiéme Olympiade il n'y avoit qu'un président, il y en eut deux depuis, & à la cent-troisiéme Olympiade on en établit douze selon le nombre des tribus des Eléens. Ils furent depuis réduits à huit, & dans la suite on en ajouta deux autres, en sorte qu'il y avoit en tout dix présidens, qu'on appelloit Hellenodiques ou Hellanodiques. Ils avoient sous eux des gens

LIBER III.

De Ludis magnis Græcorum, de Circo, & de Pompis.

CAPUT PRIMUM.

I. Ludi Olympici. II. Pythii. III. Nemei. IV. Isthmici.

I. LUDI Olympici a Jove Olympio nomen habuere: iis origo fabulosa adscribitur; scriptores atque mythologi circa eorum institutorem in varias abiere sententias. Magna pars institutorem Herculem dicunt, qui ad institutionis sumtus usus est spoliis Augiæ Elidis. At Strabo origines illas omnes fabulosas repudiat existimatque ludos illos ante Homerum institutos non fuisse, quia Homerus nusquam illos commemoraverit, commemoraturus haud dubie, si ii ante ejus ævum instituti fuissent. In incerto igitur versantur ea quæ ad institutionem illorum spectant. Inter omnes fere convenit Iphitum Lycurgo æqualem hos ludos, qui desierant, restauravisse. Restaurati ludi iterum desierunt, donec illos Corœbus restitueret, quadringentis scilicet & octo annis post captam Trojam. Penes Pisates primum in Peloponneso horumce ludorum administratio fuit: sed cum Pisates ab Eleis devicti ac pene deleti fuissent, ipsi postea ludis præfuerunt, & communi Græcorum consensu in pace semper degebant, dum alii Græci bellum sibi mutuo inferrent: id quod etiam aliquot mutationibus obnoxium postea fuit. Ad usque quinquagesimam Olympiadem unus tantum erat ludorum præses: ab hinc vero duo fuere; at centesima tertia Olympiade duodecim instituti sunt præsides juxta numerum tribuum Eleorum. Hinc ad octo redacti sunt, hisque postea duo adjecti fuere, ita ut decem præsides essent qui Hellenodicæ, vel Hellanodicæ vo-

pour établir & garder le bon ordre ; ceux-ci étoient appellez Alytes.

Il n'étoit pas permis aux femmes d'assister à ces jeux ; elles se tenoient au delà de l'Alphée avec défense de le passer, sous peine d'être précipitées de dessus une roche. On dit qu'il n'y eut jamais que Callipatera, que d'autres nomment Pherenice, qui violât cette loi : elle fut amenée devant les Juges, mais on lui fit grace en considération de ses parens. On prétend qu'il y eut depuis plusieurs autres femmes qui y assisterent, & même qui y emporterent le prix aux combats. Ceux qui vouloient combattre aux jeux Olympiques étoient obligez de s'exercer durant dix mois dans le gymnase d'Elide ; on n'y étoit pas admis autrement ; on n'y recevoit pas les scelerats. On s'y exerçoit non seulement à la course des chevaux, mais aussi à la lutte & aux autres jeux où les Grecs avoient accoutumé de s'exercer.

II. Les jeux Pythiens se célébroient près de Delphes : on ne dispute pas moins sur leur origine que sur celle des jeux Olympiques. Ovide dit que c'est Apollon lui-même qui les institua. On les celebroit premierement de quatre en quatre ans ; le prix de ces jeux étoient des pommes consacrées à Apollon ; Pindare dit qu'on donnoit aux vainqueurs des couronnes de laurier né sur le mont Parnasse. On s'y exerçoit principalement à chanter, à jouer des instrumens & à la danse, exercices qui convenoient à Apollon. Les grands jeux y furent aussi établis comme aux jeux Olympiques.

III. Les jeux Neméens se célébroient tous les trois ans à un lieu appellé Nemea. Ceux qui y présidoient étoient des villes de Corinthe, d'Argos & de Cleones : ils y assistoient en habit de deuil en memoire d'Ophelte autrement appellé Archemore : parceque sa mort en bas âge fut comme un prélude des malheurs des athletes Thebains. On dispute de l'origine de ces jeux, comme de celle de tous les autres. On donnoit aux vainqueurs une couronne d'ache, qu'on emploioit aux funerailles ; on croioit que cette herbe étoit née du sang d'Archemore.

IV. Les jeux Isthmiques étoient ainsi appellez de l'Isthme de Corinthe où on les célebroit. On disoit qu'ils étoient instituez en l'honneur de Palémon ou de Melicerte, dont nous avons donné l'histoire ailleurs. D'autres disent qu'ils furent instituez en l'honneur de Neptune ; on leur donne encore d'autres origines. De tous les peuples de la Grece les seuls Eléens n'assistoient point à ces

---

cabantur : sub iis erant alii qui ordini & securitati advigilarent, qui & Alytæ appellabantur.

Hisce ludis interesse mulieribus non licebat : eæ tunc trans Alpheum morabantur, vetitumque illis erat ne Alpheum trajicerent, indictaque pœna iis erat si trajecissent, ut a rupe præcipitarentur. Narratur solam Callipateram quam alii Pherenicen vocant, hanc violasse legem ; quæ ante judices adducta fuit : ipsi vero progeniei gratia parcitum est. Exhinc plures feminas interfuisse ludis narrant, quarum quædam etiam in certamine victrices fuerunt. Qui ludere vellent & concertare, per decem menses in gymnasio Elidis exercitiis gymnasticis incumbere tenebantur : sine qua conditione ad ludos non admittebantur : abigebantur etiam quique improbi atque scelerati. Ludi erant non modo cursus, sed etiam lucta aliaque certamina secundum Græcorum morem fieri solita.

II. Ludi Pythii prope Delphos celebrabantur : de eorum non minus quam de Olympiorum institutione disputatur. Apollo ipse, inquit Ovidius, hosce ludos instituit. Primum quaternis quibusque annis celebrabantur. Horumce ludorum præmia poma erant Apollini consecrata ; ait Pindarus victoribus datas fuisse coronas ex lauro Parnassi montis contextas. Hîc maxime instrumentorum musicorum ludus agebatur, necnon saltatio, quæ exercitia Apollini congruentia erant. Ad hæc magni quoque ludi hic editi fuere ut in Olympicis.

III. Ludi Nemei ternis quibusque annis in loco cui Nemeæ nomen celebrabantur : qui iis præerant, erant ex Corintho, ex Argo, & ex Cleonis : atrati vero aderant in memoriam Opheltæ, Archemori alio nomine dicti, quia ejus parvo ab ortu elapso tempore mors quasi præludium fuit infortuniorum quæ athletis Thebanis contigerunt. De origine hujusmodi ludorum perinde atque de aliorum principiis disputatur. Victoribus corona ex apio dabatur, quâ etiam in funeribus utebantur : putabant enim herbam illam ortam ex sanguine Archemori.

IV. Isthmici ludi sic appellabantur ex Isthmo Corinthio quo loco celebrari solebant. Dicebantur instituti in honorem Palemonis aut Melicertæ, cujus historiam alibi attulimus. Alii institutos narrant in Neptuni honorem ; de horum origine aliis etiam modis fabulantur. Ex omnibus Græciæ populis Elei tantum ab his ludis abstinebant, quoniam Molione uxor

jeux, pour éviter les malheurs que leur pourroient apporter les imprecations que Molione femme d'Actor avoit faites contre ceux de cette nation qui viendroient à ces jeux. Pausanias en rapporte au long l'histoire dans ses Corinthiaques. Les vainqueurs à ces jeux étoient couronnez de branches de pin; dans la suite des tems on les couronnoit d'ache comme les vainqueurs des jeux Neméens; mais avec cette difference, que ceux des jeux Neméens étoient couronnez d'ache verte, au lieu que ceux des jeux Isthmiques l'étoient d'ache seche.

Actoris eos omnes Eleos diris devoverat, qui ludis Isthmicis interessent. Pausanias hanc historiam pluribus describit in Corinthiacis l. 1. p. 289. Qui victores in Isthmicis erant pineis ramis coronabantur: verum insequenti tempore ii apio coronati fuere ut in ludis Nemeis, cum hoc tamen discrimine, quod victores Nemei apio viridi; Isthmici autem apio sicco coronarentur.

CHAPITRE II.

I. Origine de l'hippodrome en Grece. II. Origine & description du grand cirque à Rome. III. Les tours du cirque. IV. Autres parties du grand cirque.

I. L'Origine des cirques, que les Grecs appellent hippodromes, n'est pas bien certaine. Le plus grand nombre la rapporte à Oenomaüs & à Pelops; en voici l'histoire. Oenomaüs Roi d'Elide apprit de l'Oracle qu'il mourroit dès que sa fille Hippodamie seroit mariée: la voiant recherchée par plusieurs jeunes gens, & ne pouvant honnêtement lui refuser un mari, il crut pouvoir éluder ou du moins éloigner sa destinée en proposant une course de chariot à l'Isthme de Corinthe devant un autel de Neptune. La condition étoit que tous ceux qui prétendoient avoir sa fille courroient successivement avec lui, & que celui des deux qui demeureroit vaincu, seroit d'abord tué. Il se fioit en la vitesse de ses chevaux, qui surpassoient en agilité la plûpart de ceux de la Grece. En effet il en vainquit & tua plusieurs; mais le tour de Pelops, dont les chevaux ne le cedoient point à ceux d'Oenomaüs, étant venu, Oenomaüs fut vaincu & tué, & Pelops eut sa fille Hippodamie en mariage. Cette histoire est racontée diversement par d'autres. Quelques-uns attribuent à Hercule l'institution des courses des chevaux.

II. On dit que ce fut Romulus qui les établit à Rome, & qui les appella *Consualia*, nom pris de *Consus*, dieu des conseils, que quelques-uns croient être le même que Neptune. Les Grecs appellent Consus ἱπποποσειδῶν, qui veut dire Neptune l'équestre. Anciennement ces courses publiques se faisoient

CAPUT II.

I. Origo hyppodromi in Græcia. II. Circi maximi Romani origo & descriptio. III. Turres Circi. IV. Aliæ partes Circi maximi.

I. Circi quem Græci Hippodromum vocant origo incerta est. Oenomao & Pelopi eam complures attribuunt; en historiam: Oenomaus Elidis rex ex oraculo didicerat, sibi esse moriendum statim atque filia sua Hippodamia nupta fuisset. Cum a multis juvenibus in uxorem peteretur, nec posset Oenomaus ejus nuptiis aperte repugnare, putavit fatum suum posse se vel eludere vel in plurimum temporis remittere, si cursum equorum currui junctorum ante aram Neptuni in Isthmo Corinthiaco proponeret, ea conditione, ut quotquot filiam suam expeterent cursu secum contenderent, ita ut qui victus esset statim occideretur: equis ille suis fidebat, qui velocitate maximam equorum Græciæ partem superabant. Certe multos ille vicit & occidit. Sed cum inter procos Pelops accessisset, cujus equi Oenomai equis celeritate nihil concedebant; Oenomaus victus occisusque est, Hippodamiaque Pelopi nupsit. Hæc historia varie ab aliis refertur. Nonnulli Herculi eorum primam institutionem attribuunt.

II. Narrant Romulum ludos Circenses Romæ instituisse vocasseque Consualia, quod nomen desumtum ex voce Consus qui deus erat consiliorum: quem quidam putant Neptunum esse. Consus a Græcis vocatur ἱπποποσειδῶν, id est Neptunus equestris. Priscis

en pleine campagne : dans la ſuite des tems la coutume vint de les faire dans de grandes clôtures de bois. Tarquin Premier fit ce grand cirque dans la vallée nommée *Murcia*, entre les monts Palatin & Aventin. Il fut depuis orné, embelli, & comme renouvellé par pluſieurs Empereurs. Ceux qui ont meſuré ce cirque diſent qu'il a 2187 pieds de long, & 960 de large. C'étoit le plus grand bâtiment qu'il y eut dans Rome. Il ſe terminoit à un des bouts en demi cercle, & à l'autre en ligne droite : c'eſt ainſi que l'a repréſenté Onuphre; mais Pirro Ligorio fait encore le ſecond bout un peu circulaire, quoique beaucoup moins que le premier; il pouvoit contenir ſelon les uns cent cinquante mille ſpectateurs, ſelon les autres deux cens ſoixante mille, ou trois cens mille. La façade de dehors avoit deux rangs d'architecture à colonnes, & un autre par deſſus plus petit.

Pl. CLIX.

III. A l'extrémité ronde il y avoit trois tours quarrées, & à l'autre deux. Ces tours appartenoient ordinairement, du moins dans les tems poſterieurs, à des Senateurs, & paſſoient à leurs enfans par droit d'heritage. Dans une épitre qui ſe trouve dans Caſſiodore, le Roi Theodoric ſe plaint de l'iniquité de certaines gens qui pendant la minorité de Marcien & Maxime jeunes garçons de l'ordre des Senateurs, avoient uſurpé ſur eux une tour du cirque, qu'ils avoient reçue de leur pere par droit d'heritage; il regarde cette uſurpation comme un attentat & comme une choſe *deteſtable*, & ordonne qu'on leur rende la poſſeſſion de cette tour. Cela nous apprend combien les places du cirque étoient anciennement eſtimées & recherchées.

IV. Le bas du cirque en dehors étoit un rang de boutiques de marchands ménagées dans les plus baſſes arcades. Du petit côté, qui étoit vers le Tibre, étoit ce qu'on appelloit *carceres*, les priſons, où l'on tenoit les chevaux qui devoient courir. Il y avoit de ce côté-là douze portes en dedans par où on lâchoit les chevaux; avec de certaines machines ces portes ſe levoient toutes à la fois. Le Roi Theodoric dans Caſſiodore dit que ces douze portes marquoient les douze ſignes du Zodiaque. La premiere choſe que l'on trouvoit en entrant de ce côté là, étoit le petit temple qu'on appelloit *ædes Murciæ*. Les auteurs des derniers tems le mettent à l'extrémité; Tertullien dit qu'il étoit au milieu : mais peutêtre entend-il par le milieu toute cette partie qui coupoit le milieu du cirque depuis un bout juſqu'à l'autre, où étoient quelques petits temples,

---

temporibus hi publici curſus in agro fiebant, exinde vero in loco cancellis ligneis clauſo celebrari cœperunt. Tarquinius Priſcus magnum illum circum conſtruxit in valle Murcia, inter montes Palatinum & Aventinum. Exinde exornatus & quaſi reſtauratus circus fuit a pluribus Imperatoribus. Qui hujus circi menſuras duxerunt, dicunt ejus longitudinem fuiſſe 2187. pedum; latitudinem vero 960. itaque maximum omnium Romanorum ædificiorum erat. Ab una parte in ſemicirculum deſinebat, ab altera in lineam rectam : ſic repræſentavit Onuphrius Panvinius; ſed Pyrrhus Ligorius alterum etiam circi latus nonnihil obliquum exhibet. Spectatorum ſecundum alios capere circus poterat 150. millia, ſecundum alios 260. vel etiam 300. millia. Exterior facies duobus erat concinnata architecturæ ordinibus.

III. In extrema parte rotunda circi tres erant quadratæ turres, in altera duæ. Hæ turres, ut plurimum ad ſenatores quoſdam pertinebant ſaltem poſterioribus ſæculis, & jure hereditario ad liberos eorum tranſibant. Hinc eſt quod Theodoricus rex apud Caſſiodorum lib. 4. epiſt. 42. de Marciani & Maximi adoleſcentum patritii generis jactura graviſſime conqueratur, & calamitatis non modicæ loco habeat, quod ii ob paterni funeris luctum ac pueritiam a turre Circi quæ ſibi hereditario jure obvenerat, & a loco amphitheatri aliquandiu abſuiſſent; *hac crudeli*, ait Theodoricus, *ſurreptione captata, turrem Circi atque locum amphitheatri illuſtris recordationis patris eorum, deteſtabili ambitu a veſtris ſuggerunt faſcibus expetitum.* Hinc ediſcimus quanto olim in pretio fuerint illæ circenſes ſedes.

IV. Ima pars circi exterior tabernis mercatorum conſtabat : verſus latus illud circi minus quod Tiberim reſpiciebat erant carceres, ubi ſervabantur equi curſui deſtinati : erantque interius duodecim portæ quibus illi emittebantur : quibuſdam machinis portæ illæ ſimul ſuſtollebantur. Theodoricus apud Caſſiodorum ait haſce duodecim portas ſignificare duodecim Zodiaci ſigna. Quod primum ingredientibus ex illo latere offerebatur, parvum erat templum vocatum *ædes Murciæ*. Poſteriorum temporum ſcriptores eam in extrema parte locant : Tertullianus in medio ponit; ſed medium dicendo totam illam lineam videtur intelligere quæ circum per medium ſecabat, quæque multis erat inſtructa ornamentis, templis, colum-

des colonnes, des autels, & des ſtatues. Auprès de ce temple de Murcia étoit l'autel du dieu Conſus, dont nous venons de parler, qui touchoit preſque les trois pyramides rangées en ligne droite, qu'on appelloit *metæ* ou bornes; il y en avoit tout autant à l'autre bout; ces ſix *metæ* n'en faiſoient que deux: cependant le roi Theodoric qui voioit le cirque & toutes ſes parties en leur entier, dit qu'il y avoit ſept *metæ*, & qu'elles repréſentoient les ſept jours de la ſemaine qui reviennent perpetuellement. Peutêtre prend-il les ſept *metæ* ou les ſept bornes pour les ſept tours qu'on faiſoit autour d'elles. Depuis ces *metæ* juſqu'à celles de l'autre bout, un maſſif élevé ſur terre occupoit tout le milieu. La premiere choſe qu'on trouvoit ſur ce maſſif, étoit l'autel des Lares, & d'un autre côté celui qu'on appelloit *ara potentium*, l'autel des dieux puiſſans. Enſuite venoient deux colonnes avec un fronton; c'étoit comme le frontiſpice d'un temple. Un tout ſemblable venoit enſuite, dédié à Tuteline, avec un autel à ſon côté, auprès duquel étoit une colonne qui ſoutenoit la ſtatue de la Victoire; un quarré-long de quatre colonnes ſur leſquelles étoient l'architrave, la friſe, la corniche & l'entablement, qui ſoutenoit pluſieurs dauphins; c'étoit là comme un temple de Neptune. Cybele la mere des dieux aſſiſe ſur un lion étoit tout auprès au bas du grand obeliſque qui occupoit le milieu & comme le centre du cirque. Auprès de l'obeliſque étoit le temple du Soleil, qui ſelon Tertullien étoit au milieu du cirque; mais le milieu ne ſe prend pas geometriquement, ſur tout dans un lieu auſſi grand que celui-là: un trepied à côté de ce temple étoit la marque d'Apollon, que les anciens diſtinguoient ordinairement du Soleil. Enſuite une colonne ſoutenoit une figure de la Fortune. Le bâtiment à colonnes qui étoit auprès eſt couronné de certaines pierres rondes & oblongues qui ont la forme d'œufs, & qu'on appelle à cauſe de cela *ova curriculorum*, les œufs des courſes. On voioit après cela une ſtatue de la Victoire ſur une colonne. L'autel des grands dieux étoit ſur la même ligne: après quoi ſe voioit un obeliſque plus petit que le précedent, qui étoit conſacré à la Lune. Les *metæ* ou les bornes à trois petites pyramides terminoient le tout, de même qu'à l'autre bout. Ceux qui couroient ſur des chevaux & ſur des chars faiſoient le tour de tout cela. Autour du cirque du côté du mur, il y avoit un grand ruiſſeau de dix pieds de large, qu'on appelloit Euripe. Aux murs qui bordoient le cirque par dedans il y avoit d'abord comme

---

nis, aris, ſtatuis. Prope illam Murciæ ædem erat ara dei Conſi de qua jamjam loquuti ſumus, quæ tres metas pyramidum fere more erectas quaſi contingebat, quibus ſimiles totidem in altera ora erant. Attamen rex Theodoricus qui circum ejuſque partes omnes integras conſpiciebat, ſeptem metas enumerat in epiſt. 51. apud Caſſiodorum: *Septem metis*, inquit, *certamen omne peragitur in ſimilitudinem hebdomadis reciprocæ*: forteque ſeptem metas pro ſeptem aurigarum gyris habet. Ab hiſce metis ad alias ad extremam oppoſitam circi oram conſtitutas, ſtrues erat aliquantum alta, quæ mediam totam circi aream occupabat. Quod primum in ſtrue illa occurrebat, ara Larium erat, & ex altera parte ara potentium: poſtea duæ columnæ cum faſtigio quodam, frontiſpicium fere templi referebant: aliud ſimile poſtea reperiebatur Tutelinæ dicatum, cum ara proxime poſita, cui adjacebat columna Victoriam ſuſtentans. Hinc quatuor columnæ quadratum oblongum efficiebant, epiſtylio, zophoro, coronide & tabulato munitæ, ſupra quod tabulatum multi delphini poſiti; illud erat ceu templum Neptuni. Cybele mater deum e vicino erat leoni inſidens prope magnum obeliſcum, qui circi centrum occupabat. Prope obeliſcum erat templum ſolis, quod ſecundum Tertullianum in medio circi erat: ſed hic medium non geometrice accipitur in loco maxime tam amplo. Tripus prope templum illud nota erat Apollinis, quem veteres ut plurimum a ſole diſtinguebant. Poſt hæc columna Fortunæ ſtatuam ſuſtentabat: ædificium ſequens columnis ornatum, quibuſdam lapidibus ovatæ formæ quaſi coronatum erat, qui lapides ideo ova curriculorum vocabantur. Sequebatur poſtea alia Victoriæ columna nixæ ſtatua; eadem linea erat ara magnorum deorum: hinc obeliſcus minor alio, qui lunæ conſecratus erat: metæ pyramidum trium omnia terminabant hic ut in altera ora. Qui curru vel equis vecti currerent hæc circuibant. In ambitu circi prope murum rivus erat magnus latitudine pedum decem, quem appellabant Euripum. In muris ipſis circum ambientibus in interiori facie

aux amphitheatres le *podium*, où étoient les places des Senateurs, au dessus desquels il y avoit des degrez, dont les plus bas étoient sans doute pour les Chevaliers Romains. Au dessus de ces degrez une grande galerie regnoit tout autour du cirque, & au dessus de la gallerie les degrez étoient continuez jusqu'au plus haut du mur. L'aire du cirque étoit couverte de sable: quelques Empereurs la firent couvrir de chrysocolle & de cinabre broié. Le cirque étoit dédié au Soleil, comme le marquoit le petit temple du Soleil qui étoit au milieu: d'autres parties du cirque avoient rapport à ce culte.

erat primo podium, ut & in amphitheatro; ibi senatores sedebant: supra senatores vero gradus erant quorum infimi haud dubie equitibus Romanis. Supra gradus porticus erat quæ per ambitum circi totum extendebatur, & supra porticum gradus alii usque ad supremam muri partem. Area circi arenâ operta erat, quidam imperatores illam cinnabari detrita & chrysocolla operiri curarunt. Circus soli dicatus erat, ut templo solis in medio circi posito indicabatur.

CHAPITRE III.

I. Le cirque de Flaminius. II. Cirque de Flore & autres. III. Celui de Caracalla. IV. Hippodrome de Constantinople. V. L'agonothete.

I. UN autre grand cirque étoit celui de Flaminius, qui portoit le nom de celui qui l'avoit bâti dans ses prez, qui s'appelloient en ce temps-là *prata Flaminia*. Il a été quelquefois appellé le cirque d'Apollon, à cause du voisinage d'un temple d'Apollon. Il donnoit son nom à la neuviéme region de la ville. Il faut prendre garde que quand les auteurs disent que tel ou tel temple est dans le cirque de Flaminius, on ne doit pas toujours entendre qu'il est dans l'enceinte du cirque même, mais qu'il est dans la region qui porte le nom de ce cirque. Il y avoit pourtant quelques petits temples renfermez dans le cirque. On en a marqué quelques-uns dans le dessein qui fut fait de ce même cirque vers le milieu du seiziéme siecle. Nous en donnons ici la forme sur ce même dessein, en avertissant que plusieurs des choses représentées sur le massif qui coupe l'aire du cirque en deux parties égales, y furent mises en ce tems là par conjecture; tout le dedans du cirque étoit ruiné, & l'on n'avoit pas de mémoires assez justes pour placer surement chaque chose: cela se doit entendre aussi des cirques suivans.

II. Le cirque de Flore représenté dessous le cirque Flaminien étoit au mont Quirinal: le dessein en a été fait sur les masures qui restoient encore vers le milieu du seiziéme siecle. Nous y ajoutons celui qui est derriere Sainte-Croix

CAPUT III.


I. Circus Flaminii. II. Circus Floræ. III. Caracallæ circus. IV. Hippodromus Constantinopolitanus. V. Agonotheta.

I. ALIUS magnus circus Flaminii vocabatur, nomine ejus qui in pratis suis ipsum construxerat, quæ prata ante Flaminia vocabantur. Aliquando etiam vocatus fuit circus Apollinaris, ob viciniam templi cujusdam Apollinis. Circus Flaminius nomen suum dabat nonæ urbis regioni: ubi observandum, est cum scriptores quipiam dicunt tale taleque templum esse in circo Flaminii, non in ambitu circi semper intelligendum esse, sed in regione urbis quæ circi istius nomine insigniebatur. In ipso tamen circo parva quædam templa erant: aliqua certe templa depicta sunt in tabula istius circi quæ decimo sexto sæculo concinnata fuit: ad cujus tabulæ fidem hujus circi formam depingimus: monemus tamen multa ex iis quæ in strue medium circum occupante repræsentantur, ex conjectura mera posita fuisse. Totius enim circi partes interiores dirutæ fuerant: nec poterant res illæ sine erroris periculo ordinari: quod ipsum dicendum etiam de circis sequentibus.

II. Circus Floræ sub circo Flaminio hic exhibitus, in monte Quirinali erat, delineatusque fuit ex ruderibus quæ supererant, & in ære incisus in medio decimi sexti sæculi. Huic subjicimus circum illum pone sanctam Crucem in Jerusalem positum, quem nonnulli


LE GRAND CIRQUE


Laurus



Laurus

CLIX. Pl. a la 278. page T. III





en Jerusalem, que quelques uns croient être le cirque d'Aurelien; d'autres le prennent pour le cirque qu'on appelloit *Castrensis*. Il y avoit encore d'autres cirques dans la ville; le cirque de Neron, le cirque qu'on appelloit *Agonalis*; c'est aujourd'hui la place Navone, qui conserve encore la forme de cirque; le cirque Vatican & le cirque Sallustien, dont il ne reste presque point de trace.

III. Un autre grand cirque hors de la ville, dont il reste encore aujourd'hui de grandes masures, est celui qu'on appelle de Caracalla en la voie Appienne. Onuphre Panvinius nie que ce soit le cirque de Caracalla, & se fonde sur ce que le cirque représenté sur la medaille de Caracalla ne paroit pas convenir avec celui-ci: mais nous avons déja remarqué que les grands bâtimens, comme les temples, les cirques, & autres, ne sont représentez que fort imparfaitement sur les medailles à cause de la petitesse de l'espace. Ce cirque a 458. pas geometriques de long, & soixante-quatorze de large. M. Fabreti semble croire que c'est le cirque de Gallien; il n'en apporte point de preuves.

IV. L'hippodrome ou cirque de Constantinople commencé par Septime Sévere, fut achevé par Constantin le Grand. Le dessein en fut fait tel que nous le donnons ici, dans un tems où il n'étoit pas encore si ruiné qu'il est aujourd'hui. Il ne differoit pas beaucoup pour la forme des cirques Romains: il étoit beaucoup plus long que large; il se terminoit en demi-cercle à un des bouts, & presque en ligne droite à l'autre: c'étoit à ce dernier bout qu'étoient les portes des prisons, peutêtre au nombre de douze, comme aux cirques Romains; il n'en restoit plus que sept lorsqu'on fit ce dessein. Les bâtimens qui partageoient l'aire du cirque, étoient assez differens de ceux de Rome. Au milieu est un obelisque posé sur des pierres rondes soutenues d'une base: à l'un des côtez de l'obelisque sont trois petites pyramides; auprès de la derniere du même côté on voit une colonne située presque au pied d'une petite élevation sur laquelle sont trois bases. A l'autre côté de l'obelisque est une autre colonne, plus loin du même côté une pyramide qui avoit un petit globe sur la pointe: ensuite sur le même côté étoit une base qui avoit servi à soutenir quelque statue ou colonne; & tout auprès une colonne beaucoup plus grande & plus haute que la précedente, sur laquelle étoit une statue, & dans la même ligne deux bases & deux petites colonnes. PL. CLX.

---


putant esse circum Aureliani, alii putant fuisse circum Castrensem. Alii erant in urbe circi, circus Neronis, circus qui vocabatur Agonalis, qui est hodie platea quam vocant Navona, quæ circi formam adhuc servat; circus Vaticanus, circus Sallustianus quorum omnium vix rudera quædam supersunt.


III. Alius magnus extra urbem circus, cujus hodieque vestigia multa & rudera visuntur, erat circus Caracallæ via Appia. Onuphrius Panvinius circum Caracallæ esse negat, indiciumque ducit a circo qui in nummo quopiam Caracallæ repræsentatur, quique cum hoc circo convenire minime videtur: jam observavimus majora ædificia, ut templa, circi & alia, imperfecte admodum in nummis repræsentari ob spatii videlicet angustiam. Hic circus longitudinis est 458. passuum geometricorum, latitudinis vero septuaginta quatuor. Raphael Fabretus conjicit esse circum Gallieni, sed nullum pro ea re argumentum profert, Col. Traj. p. 148.

IV. Hippodromum sive circum Constantinopolitanum, quem ædificare cœperat Septimius Severus, absolvit Constantinus magnus. Delineatus autem fuit quo tempore nondum tantum ex temporum injuria detrimentum acceperat, quantum hic conspicitur. A circis Romanis forma non multum differebat. Longitudo ejus longe major quam latitudo; ab altera parte in semicirculum, ab altera in lineam rectam terminabatur: in hoc postremo latere erant portæ carcerum, numero fortasse duodecim, ut in circis Romanis: septem vero tantum supererant, quando hæc imago primum depicta fuit. Quæ medium areæ circi secabant ædificia, non parum diversa erant ab iis quæ in Romanis circis comparebant. In medio obeliscus erat positus supra rotundos lapides base nixos. Ad unum latus obelisci tres parvæ pyramides; prope ultimam pyramidem eodem latere columna erat ad tumuli pedem sita, in quo tumulo tres bases sunt: ad aliud obelisci latus columna visitur, & ulterius pyramis cui impositus globus: postea vero basis cui olim imposita fuerat, ut credere est, aliqua statua vel columna; e vicino columna longe major præcedenti, cui imposita statua erat, & eadem linea duæ bases duæque columnæ.

V. Il y avoit beaucoup d'autres hippodromes dans les bonnes villes de l'Orient : Philoſtrate dans la vie d'Apollonius de Tyane parle d'un hippodrome qui étoit à Alexandrie. Antioche en avoit ſans doute, & c'eſt ce qui donne lieu à S. Jean Chryſoſtome de ſe plaindre ſouvent que l'amour des ſpectacles du cirque diminuoit beaucoup le nombre de ſes auditeurs. Il y avoit dans ces cirques chez les Grecs des Agonothetes ; c'étoient ceux qui préſidoient aux jeux & qui diſtribuoient les prix. Les athlotetes étoient à peu près les mêmes que les Agonothetes. Il y en avoit auſſi qui donnoient des jeux & en faiſoient la dépenſe. Les cirques avoient encore des inſpecteurs pour y maintenir le bon ordre. S. Jean Chryſoſtome décrit l'Agonothete en ces termes : L'Agonothete des jeux Olympiques, dit-il, va dans le marché portant une couronne ſur la tête, revêtu d'un manteau, tenant en ſa main un bâton de commandement. Il étoit vêtu de pourpre, dit Lucien.

V. Alii etiam bene multi erant hippodromi in cæteris Orientalibus urbibus. Philoſtratus in vita Apollonii Tyanei p. 232. hippodromum commemorat, qui Alexandriæ erat. Antiochia etiam ſuum habebat hippodromum, id quod occaſioni ſæpe fuit Joanni Chryſoſtomo conquerendi, ſtudium circenſium ludorum multos a concionibus ſuis abducere. In his circis apud Græcos erant Agonothetæ : hi ludis præerant & præmia diſtribuebant : Athlothetæ iidem, ut putatur, erant qui Agonothetæ. Erant qui ludos ederent, & ſumtus ad eos ſuppeditarent : in circis etiam inſpectores erant, qui de bono ordine curarent. Joannes Chryſoſtomus de Bapt. Chriſti tom. 2. p. 374. Agonotheta ludorum Olympicorum, inquit, in forum progreditur coronam geſtans, pallio amictus, manu virgam tenens. Is indutus purpura erat, inquit Lucianus in Anacharſide.






LE CIRQUE OU L'HIPPOD



ME DE CONSTANTINOPLE



i



CHAPITRE IV.

pra quam crocota pellucida : amiciebatur autem pallio purpureo auro fulgente. Ante illum jacebat laconicus aureus crater metretarum quindecim, & aureus tripus super quo thymiaterium aureum, duæ phialæ aureæ, casia & croco plenæ : simulacrum umbraculo circumdabatur ex hedera, vite aliisque frugiferarum arborum frondibus, appensis coronis tæniis, thyrsis, tympanis, mitris, personisque tragicis, comicis, satyricis. In eodem curru erant sacerdotes viri feminæque, orpheotelestæ, seu interpretes altissimorum mysteriorum, thiasi cujusvis formæ, & mulieres vannos gestantes. Secundum hæc, Macetæ, quas Mimallonas, Bassaras & Lydas vocabant, passis capillis, coronatæ quædam serpentibus, aliæ smilace, hedera, vite; manibusque tenentes aliæ pugiones, angues aliæ. Postea ducebatur quatuor rotarum currus a viris sexaginta, in quo Nyssæ vel Nysæ insidebat effigies cubitorum octo, tunicam indutæ croceam, auro distinctam, amictæ veste Laconica. Machinis quibusdam illa ingeniose fabrefactis exsurgebat, nullo manibus attollente, & ubi lac ex phiala aurea libasset, sedebat rursum, thyrsum manu læva tenens, mitris coronatum, capite coronam auream gestans hederarum folia referentem cum uvis quæ ex variis magni precii lapillis confictæ erant : umbraculo hæc etiam gaudebat : ad quatuor currûs angulos inauratæ lampades quatuor erant. Sequebatur deinde currus alius rotarum quatuor, longitudine viginti quatuor cubitorum, latitudine sexdecim, a trecentis viris ductus : in quo torcular erat viginti quatuor cubitorum longitudine, latitudine quindecim, uvis plenum, quas sexaginta Satyri calcabant tibia canentes cantilenas vindemiales; præfectus his Silenus erat. Per totam viam mustum defluebat. Huic currui alius succedebat quatuor rotarum longitudine viginti quinque cubitorum, latitudine quatuordecim, quem agebant viri sexcenti: in quo vehebatur uter ter mille metretarum vini ex pellibus pardorum consutus, unde vinum per viam paulatim diffluebat : hunc sequebantur centum viginti Satyri & Sileni coronati, quorum

portoient des pots, les autres des phioles, les autres de grandes coupes de Thericlès; tous ces vases étoient d'or. Cette troupe étoit suivie immediatement d'une cratere d'argent qui tenoit six cens mesures de même poids, portée sur un char à quatre roues, & tirée par six cens hommes. Elle étoit ciselée & avoient des figures d'animaux aux bords, aux deux anses & à la base; elle étoit ceinte au milieu d'une couronne d'or ornée de pierres precieuses. Après tout cela venoient deux coupes d'argent de douze coudées de large, & de six coudées de haut; elles étoient ornées de bossettes en haut & tout autour, & avoient aux pieds des animaux, dont trois étoient d'une coudée, & un grand nombre de demi coudée : dix grandes cuves suivoient, seize coupes dont les plus grandes tenoient trente mesures, & les plus petites cinq; dix chauderons; vingt-quatre vases à deux anses sur cinq soucoupes; deux pressoirs d'argent, sur lesquels étoient vingt-quatre gobelets; une table d'argent massif de douze coudées, & trente de six; quatre trepieds, dont l'un qui étoit d'argent massif avoit seize coudées de circuit, les autres trois plus petits étoient ornez de pierreries sur le milieu. On portoit ensuite quatre-vingts trepieds Delphiques d'argent moindres que les precedens, tous à quatre angles; vingt-six cruches; seize *amphores panathenaiques*; cent soixante autres vaisseaux, dont le plus grand tenoit six mesures, & le plus petit deux. Tous ces vaisseaux dont nous venons de parler étoient d'argent. Les vases d'or venoient ensuite; quatre qu'on appelloit Laconiques couronnez de pampres, deux vases à la Corinthienne, ornez au cou & au ventre de figures d'animaux; ces vases tenoient huit mesures: un pressoir où étoient dix gobelets, & deux autres vases dont chacun tenoit cinq mesures, & encore deux autres vases à deux mesures: vingt-deux autres vases nommez psycteres, dont le plus grand tenoit trente mesures, & le plus petit une: quatre grands trepieds d'or: une grande machine d'or à mettre des vases aussi d'or, ornée de pierres précieuses; elle avoit dix coudées de long, & elle étoit faite à six degrez ornez de figures d'animaux dont la hauteur étoit de quatre palmes: deux grands gobelets, deux tasses de verre doré; deux soucoupes d'or de quatre coudées, & trois autres de moindre grandeur, dix cruches, un autel de trois coudées, vingt-cinq plats.

Après cela marchoient mille six cens jeunes garçons revêtus d'une tunique blanche & couronnez les uns de lierre, les autres de branches de pin;

---

alii vini scyphos, alii phialas, alii vasa Thericlea magna, hæc omnia aurea, gestabant. Hinc agebatur crater argenteus sexcentas capiens metretas, in curru quatuor rotarum a sexcentis viris tracto: sub crateris labris, auribus & basi animantium imagines fuere torno sculptæ: aurea gemmataque corona medius crater præcingebatur. Secundum hunc pocula argentea duo, duodecim cubitorum latitudine, altitudine vero sex cubitorum, ornata superne acroteriis, & in ventre rursum ornamentis decorata; ad pedes eorum animalia, quorum tria unius cubiti, reliqua plura dimidii. Luteres postea decem sequebantur, sexdecim crateres, quorum majores triginta metretas capiebant, minores vero quinque; decem lebetes, viginti quatuor diotæ, super repositoriis quinque; duo torcularia argentea, super quibus fuere cululli viginti quatuor; mensa ex argento solida duodecim cubitorum, aliæque triginta mensæ sex cubitorum: quatuor tripodes, quorum unus circuitum habens sexdecim cubitorum, argenteus totus erat: tres alii minores in medio gemmis exornabantur. Post hos ferebantur Delphici tripodes argentei numero octoginta præcedentibus minores, quadratis angulis, hydriæ viginti sex, amphoræ panathenaïcæ sexdecim, psyceres centum sexaginta, quorum maximus sex metretas capiebat, minimus vero duas. Hæc omnia quæ memoravimus argentea erant. Post hæc incedebant ii qui aurea vasa gestabant, scilicet crateras Laconicos quatuor, cum coronis pampineis, Corinthii operis vasa duo cum animantium figuris tornatis, & in collo atque ventre aliis figuris affabre cælatis: horum singula capiebant metretas octo. Torcular in quo erant decem cululli; holcea duo, quorum singula metretarum erant quinque, cothones duo duarum metretarum singuli. Psycteres viginti duo, quorum maximus triginta metretas capiebat, minimus unam. In pompa item ducti sunt quatuor tripodes magni aurei; magna theca aurea reponendis vasis aureis, gemmis ornata, decemcubitalis, sex gradibus erecta, in quibus animantium effigies multæ fuerunt quatuor palmorum: duo magna pocula, duo pocula vitrea deaurata, duo repositoria aurea quatuor cubitorum, minoraque alia, hydriæ decem, ara tricubitalis, mazonomiæ viginti quinque.

Secundum hæc incedebant pueri mille sexcenti, alba induti tunica, coronati partim hedera, partim

deux cens cinquante d'entre eux portoient des vaſes d'or, & quatre cens des vaſes d'argent : trois cens vingt autres portoient des vaſes d'or appellez pſyćteres. D'autres garçons venoient enſuite, & portoient de grands pots pour donner à boire, dont vingt étoient d'or, cinquante d'argent, & trois cens peinturez de differentes couleurs. Il y avoit outre cela des tables de quatre coudées, où l'on voioit pluſieurs choſes remarquables : dans l'une étoit repréſenté le lit de Semele, où ſe voioient des tuniques brochées d'or, & d'autres ornées de pierres precieuſes. Il ne faut pas omettre un char à quatre roues long de vingt-deux coudées, & large de quatorze, tiré par cinq cens hommes, ſur lequel étoit un antre fort profond, couvert de lierre & de pampres ; duquel antre ſortoient & s'envoloient des pigeons, des ramiers & des tourterelles, liez aux pieds avec des bandeletes, afin que ceux qui étoient tout autour les puſſent prendre. De cet antre ſortoient auſſi deux fontaines, dont l'une étoit de lait, l'autre de vin. Toutes les Nymphes qui étoient autour de l'antre portoient des couronnes d'or ; Mercure y étoit portant un caducée d'or & revêtu de riches habits. Sur un autre char à quatre roues étoit repréſentée l'expédition de Bacchus dans les Indes : Bacchus y étoit repréſenté haut de douze coudées, monté ſur un élephant, vêtu de pourpre, portant une couronne d'or, où étoient repréſentez des lierres & des pampres ; il tenoit dans ſes mains un long thyrſe d'or ; il portoit des ſouliers dorez. Sur le cou de l'élephant étoit monté un petit Satyre de cinq coudées de haut, portant une couronne d'or de branches de pin, ſonnant du cor qui étoit une corne de chevre. L'élephant avoit auſſi ſon harnois tout d'or, & portoit autour du cou une couronne d'or en forme de feuilles de lierre. Cinq cens jeunes filles ſuivoient, ornées de tuniques de pourpre & de ceintures d'or ; ſix-vingts d'entre elles qui commandoient aux autres, portoient des couronnes d'or en forme de branches de pin. Après elles venoient ſix-vingts Satyres armez de toutes pieces, les unes d'argent, & les autres de cuivre. On voioit enſuite cinq troupes d'ânes montez par des Silenes & des Satyres couronnez. Une partie de ces ânes portoit des frontaux & tout le reſte du harnois d'or, & l'autre partie les portoit d'argent. Après cela venoient vingt-quatre chars tirez par des élephans, ſoixante tirez par des boucs, douze tirez par des lions, ſix tirez par des oryges eſpece de chevres, quinze par des buffles, quatre par des ânes ſauvages, huit par des autruches, ſept par des

---

pino. Ex iis ducenti quinquaginta aurea vaſa geſtabant, & quadringenti vaſa argentea, trecenti viginti Pſyćteres aureos. Alii pueri ſequebantur amphoras geſtantes queis vinum ad potum funderent : ex amphoris viginti aureæ, quinquaginta argenteæ, & trecentæ variis coloribus decoratæ. Secundum hæc quatuor cubitorum menſæ, ubi multæ res obſervatu dignæ viſebantur. In una earum Semeles lectus, ubi tunicæ aureæ aliæque lapidibus precioſis ornatæ. Non omittendus quatuor rotarum currus, viginti duobus cubitis longus, quatuordecim lâtus, a quingentis viris tractus, ſupra quem antrum erat profundum, hedera pampiniſque opertum ; unde egrediebantur avolantes columbæ, palumbi, atque turtures, pedibus faſcia revinctis, ut a ſpectatoribus facile caperentur. Ex antro etiam diffluebant fontes duo, quorum alter lactis, alter vini : nymphæ omnes circa antrum conſtitutæ coronis erant aureis ornatæ. Aderat & Mercurius caduceum aureum geſtans ac veſtibus ornatus magnificis. In alio quatuor rotarum curru repræſentabatur expeditio Bacchi in Indiam. Aderat Bacchus duodecim cubitis altus, elephanto vectus, purpurea veſte, aurea corona, hedera pampiniſque ornata, manu thyrſum oblongum aureum tenebat, calceoſque aureos geſtabat. Elephanti collo inſidebat Satyriſcus quinque cubitorum altitudine, cum aurea corona pineos ramos referente, dextra manu capræ cornu inflans adventum dei ut ſignificaret. Aureus item elephanti ornatus erat cum hederacea corona circa cervicem aurea. Subſequebantur quingentæ virgines, tunicis purpureis amictæ, cum aureo cinctu. Harum duces erant centum viginti, aureis coronis pini ramos referentibus. Poſt illas centum viginti Satyri, panoplia armati, alii argentea, ænea alii. Sequebantur quinque aſinorum turmæ inſidentibus Silenis atque Satyris coronatis : aſinorum vero alii aurea frontalia cum reliquis ornamentis aureis ; alii argentea habebant. Poſt hos procedebant elephantorum currus viginti quatuor, hircorum bigæ ſexaginta, leonum duodecim, orygum ſeptem, bubalorum quinque, ſtruthiocamelorum bigæ octo, cervorum ſeptem, aſinorum ſilveſtrium quatuor. In

cerfs. Sur tous ces chars étoient montez de jeunes garçons revêtus en cochers & portant des petases; d'autres garçons encore plus petits accompagnoient ceux-ci, armez de peltes & de longs thyrses, revêtus de manteaux parsemez d'ornemens d'or. Les jeunes garçons qui servoient de cochers étoient couronnez de rameaux de pin, & les plus petits de lierre. Il y avoit encore de l'un & de l'autre côté trois chars menez par des chameaux: ceux-ci étoient suivis de chars tirez par des mulets, sur lesquels chars on voioit des tentes faites à la maniere des barbares, & des femmes Indiennes & d'autres nations vêtues en esclaves. De ces chameaux quelques-uns étoient destinez à porter trois cens livres d'encens, d'autres portoient deux cens livres de safran, de canelle, de cinnamome & d'iris. Près de ceux-ci marchoient des Ethiopiens armez de piques, qui portoient les uns six cens dens d'éléphant, les autres deux mille branches d'ébene, les autres soixante coupes d'or & d'argent, & de la poudre d'or. Après ceux-ci venoient deux chasseurs qui portoient des dards dorez & conduisoient deux mille quatre cens chiens, partie Indiens ou Hyrcaniens, partie Molosses ou d'autres especes. Ensuite cent cinquante hommes portoient des arbres, auxquels étoient attachées des bêtes fauves de differente espece & des oiseaux; on portoit aussi dans des cages des perroquets, des pans, des meleagrides, des faisans & d'autres oiseaux d'Ethiopie en grand nombre: de plus, cent trente moutons d'Ethiopie, trois cens d'Arabie, vingt de l'île d'Eubée, vingt-six bœufs blancs Indiens, huit bœufs d'Ethiopie, un grand ours blanc, quatorze leopards, seize pantheres, quatre lynx, trois petits ours, un camelopardale, un rhinoceros d'Ethiopie. Après cela venoit Bacchus portant une couronne d'or ornée de feuilles de lierre, traîné dans un char à quatre roues, il se refugioit à l'autel de Rhea, lorsqu'il étoit persecuté par Junon: Priape étoit auprès de lui portant une couronne d'or en forme de feuilles de lierre. La statue de Junon portoit un diademe d'or. Les statues d'Alexandre & de Ptolemée portoient des couronnes de feuilles de lierre qui étoient de fin or. La statue de la Vertu qui étoit auprès de Ptolemée, portoit une couronne d'or en forme de rameaux d'olivier. La ville de Corinthe posée auprès de Ptolemée portoit un diademe d'or. Auprès de chacun d'eux étoit un grand vase plein de coupes d'or, & une grande coupe d'or qui tenoit cinq mesures. Ce char à quatre roues étoit suivi de plusieurs femmes vêtues richement, qui portoient les

---

hæc omnia conscenderant pueri cum petasis aurigarum habitu. His se comites addiderant pueruli peltis longisque thyrsis armati, vestiti palliis cum ornamentis aureis: pueri autem illi aurigæ, pinu; pueruli vero hedera coronabantur. In utroque latere erant tres camelorum bigæ: has sequebantur junctis mulis carpenta, quibus barbarorum tentoria vehebantur: in his sedebant Indicæ & aliarum gentium mulieres, captivarum habitu. Ex camelis quidam thuris libras trecentas ferebant; alii croci, casiæ, cinnamomi, iridis, & aliorum odorum ducentas. Proxime incedebant Æthiopes hastati, ferentes alii sexcentos dentes elephantorum, alii ebeni stipitum bina millia, alii crateras aureos argenteosque sexaginta, & auri ramenta. Secundum hos procedebant venatores duo cum jaculis inauratis, ducentes bis mille & quadringentos canes, partim Indos, partim Hyrcanos, Molossos, aliorumque generum. Post hos viri centum quinquaginta arbores portabant, quibus fune alligatæ feræ omnifariæ, cum avibus. Portabantur & in caveis psittaci perquam multi, pavones, meleagrides, phasiani & aliæ aves Æthiopicæ magno numero; insuperque centum triginta oves Æthiopicæ, Arabicæ trecentæ, Euboïcæ viginti, Indici boves candidi viginti sex, Æthiopici octo, ingens ursus albus unus, pardi quatuordecim, pantheræ sexdecim, lynces quatuor, ursorum catuli tres: camelopardalis una, rhinoceros Æthiopicus unus. Post hæc in curru quatuor rotarum Bacchus cernebatur, insectante Junone ad aram Rheæ confugiens: aderat illi Priapus cum corona aurea hederacea: Junonis etiam imago cum diademate aureo visebatur; Alexandri Ptolemæique statuæ ibidem fuerunt cum aureis coronis hederaceis. Statua Virtutis prope Ptolemæum coronam auream olivæ ramorum forma gestantis: ipsis quoque aderat Priapus coronam habens auream hederæ folia repræsentantem. Corinthus urbs diademate ornata prope Ptolemæum erat. Prope illorum singulos aderat vas magnum vasculis aureis plenum, tum crater etiam aureus metretarum quinque. Illum quatuor rotarum currum sequebantur mulieres vestitu cultuque corporis sumtuoso, quæ civitatum

noms des villes de l'Ionie & des autres villes Greques de l'Asie & des îles qui avoient été autrefois subjuguées par les Perses: elles portoient toutes des couronnes d'or. Sur un autre char à quatre roues étoit un thyrse d'or de quatre-vingt-dix coudées, qui étoit tout peint & ceint de bandes dorées, & une lance d'argent de soixante coudées. Sur un autre étoit un phalle d'or de six vingts coudées de hauteur, qui étoit peinturé & ceint de bandes dorées, & surmonté d'une etoile d'or; son circuit étoit de six coudées.

Il y avoit de plus un grand nombre de bêtes sauvages & de chevaux, vingt-quatre lions de grandeur demesurée, plusieurs autres chariots à quatre roues qui portoient non seulement les statues des Rois, mais aussi celles de plusieurs dieux. Après cela venoit un chœur de six cens hommes, parmi lesquels étoient trois cens joueurs de guitarres dorées, qui portoient tous des couronnes d'or. Près de ceux ci marchoient deux mille taureaux, tous de même couleur, qui portoient des frontaux d'or, au milieu desquels étoit une couronne aussi d'or: ils étoient encore ornez d'un collier & d'un égide qu'ils portoient sur la poitrine; tout cela étoit d'or.

Puis venoit la pompe de Jupiter & des autres dieux en grand nombre, & après toutes les autres celle d'Alexandre, dont la statue toute d'or étoit sur un char tiré par des élephans; il avoit d'un côté la Victoire, & de l'autre Minerve. Il y avoit encore dans cette pompe plusieurs thrones roiaux composez d'or & d'ivoire; sur un de ces thrones étoit un grand diademe d'or, sur l'autre une corne d'or: un autre throne portoit aussi une couronne d'or, & un autre une corne d'or toute solide & sans creux. Sur le throne de Ptolemée surnommé Soter ou le conservateur, il y avoit une couronne dans la composition de laquelle étoient entrées dix mille pieces d'or. On porta aussi en pompe trois cens encensoirs d'or, cinquante autels dorez entourez de couronnes d'or, à l'un desquels étoient attachez quatre flambeaux d'or de dix coudées de hauteur. On y porta encore douze foiers dorez, l'un desquels qui avoit douze coudées de circuit en avoit quarante de hauteur, un autre en avoit quinze; neuf trepieds Delphiques d'or, hauts de quatre coudées, huit autres de six coudées; un plus grand que tous les autres, de trente coudées, sur lequel étoient des animaux d'or de cinq coudées, & tout autour une couronne d'or en forme de feuilles de vigne. On vit passer aussi des palmes dorées longues de huit coudées, un caducée doré de quarante cinq coudées, une foudre

---

Ioniæ & reliquarum Hellenidum nomen ferebant, quotquot in Asia & in insulis Persis subjectæ fuerant: omnesque ornatæ erant aureis coronis. In alio quatuor rotarum curru gestabatur thyrsus nonaginta cubitorum aureus, & lancea argentea sexaginta cubitorum; in alio autem phallus aureus cubitorum centum & viginti, depictus & vinctus coronamentis inauratis, cum aureo sidere in ejus vertice micante, cujus circuitus erat cubitorum sex.

Ad hæc magnus numerus aderat ferarum & equorum; leones prægrandes quatuor & viginti: multique alii quatuor rotarum currus, qui non modo regum, sed etiam deorum multorum statuas portabant. Secundum hæc incedebat chorus sexcentorum virorum, in quibus citharistæ trecenti concinebant inauratas citharas pulsantes, aureasque gestantes coronas. Post hos bis mille tauri colore similes, qui frontalia aurea habebant, in quorum medio corona etiam aurea erat, torque etiam exornabantur & ægide, quam ad pectus gestabant: hæc omnia aurea.

Succedebat pompa Jovis aliorumque deorum magno numero, & post alias omnes pompa Alexandri, cujus statua aurea in curru erat, cui juncti elephanti; is in uno latere Victoriam, in alio Minervam habebat. In hac etiam pompa plurima erant solia regia ex auro & ebore, super uno eorum jacebat aureum diadema, super alio aureum totum cornu; aliud etiam solium coronam auream gerebat, & aliud cornu aureum solidum. Super solio Ptolemæi cognomento Soteris, corona erat ex aureis decem millibus conflata. In hac etiam pompa trecenta aurea thymiateria gestata sunt, aræ quinquaginta inauratæ cum aureis coronis, quarum uni affixæ fuerunt decem cubitorum faces quatuor aureæ; inaurati foci duodecim, quorum unius duodecim cubitorum ambitus fuit, quadraginta cubitorum altitudo; alius quindecim cubitorum fuit; producti sunt & Delphici tripodes aurei novem, cubitorum quatuor; alii octo cubitorum sex: alius cubitorum triginta, super quo erant animalia aurea quinque cubitorum, & in circuitu corona aurea pampinea: prætervectæ sunt & inauratæ septem palmæ octo cubitorum, caduceus inauratus quadraginta

dorée de quarante coudées, un temple doré dont le circuit étoit de quarante coudées, une corne double de huit coudées, un grand nombre d'animaux dorez dont plusieurs étoient de douze coudées, des bêtes fauves de grandeur énorme, des aigles de vingt coudées. On porta en cette pompe des couronnes d'or jusqu'au nombre de trois mille deux cens, une autre couronne sacrée de quatre-vingt coudées, ornée de pierres precieuses; celle-ci couronnoit l'entrée du temple de Berenice: il y avoit encore une égide d'or. Il y avoit aussi plusieurs grandes couronnes d'or portées par de jeunes filles richement habillées; une de ces couronnes avoit deux coudées de hauteur & seize de circuit. On y porta aussi une cuirasse d'or de douze coudées, & une autre d'argent de dix-huit coudées, sur laquelle étoient deux foudres d'or de douze coudées; une couronne de chesne ornée de pierreries, vingt boucliers d'or, soixante-quatre armures entieres d'or, deux bottes d'or de trois coudées, douze bassins d'or, un grand nombre de phioles, trente-six flacons, dix grands vases de parfums pour les bains, douze cruches, cinquante vases qu'on appelloit *mazonomies*, un grand nombre de tables, cinq tables couvertes de gobelets d'or, une corne d'or solide de trente coudées. Tous ces vases & ces pieces d'or se trouvoient hors de la pompe de Bacchus décrite ci devant. Il y avoit de plus quatre cens chariots chargez de vases & d'autres pieces d'argent, & vingt chariots chargez de vases d'or, huit cens chariots chargez d'aromates. Les troupes qui escortoient cette pompe étoient de cinquante sept mille six cens hommes de pied, & de vingt-trois mille deux cens hommes de cheval.

Voila la pompe de Ptolemée, qui passe en richesses & en magnificence tout ce qu'on a jamais vu dans les histoires.

---

quinque cubitorum, fulmen inauratum quadraginta cubitorum; templum inauratum, cujus circuitus erat quadraginta cubitorum, geminum cornu cubitorum octo: magnus item inauratarum animantium numerus adductus, quarum plurimæ erant duodecim cubitorum, feræ item enormis magnitudinis, aquilæ cubitorum viginti. Coronæ aureæ in pompam adductæ sunt ter mille ducentæ: alteraque corona sacra mysticaque aurea, multis exornata lapillis preciosis, octoginta cubitorum: illa autem templi Berenices valvas circumdabat: ægis similiter aurea: spectata sunt etiam multa diademata aurea, quæ puellæ magnifice exornatæ gestabant, quorum unum altitudine erat duorum cubitorum, circuitu vero sexdecim: gestatus etiam est thorax aureus duodecim cubitorum, & alius argenteus cubitorum octodecim, in quo erant duo fulmina aurea duodecim cubitorum: item corona querna gemmata; aurei clipei viginti, panopliæ aureæ sexaginta quatuor, ocreæ aureæ duæ tricubitales, aureæ pelves duodecim, phialæ numero perquam multæ, gutti vinarii triginta sex, unguentaria magna vasa decem, hydriæ duodecim, mazonomiæ quinquaginta, mensæ variæ, aureorum vasorum repositoria quinque, cornu aureum totum cubitorum triginta. Aurea hæc vasa omnia fuerunt, præter illa quæ in Bacchi pompa conspecta fuerant. Deinde argenteæ supellectilis plaustra processerunt quadringenta, aureæ viginti, odoramentorum octingenta. Super illa omnia equestres copiæ ac pedestres, omnes armis mirum in modum munitæ; peditum quidem quinquaginta septem millia sexcenti; equitum vero cum ducentis viginti tria millia.

En pompam Ptolemæi Philadelphi quæ opibus & magnificentia omnia in historiis memorata longe superat.



LIVRE IV.

Qui comprend la danse, la naumachie, la chasse & la pêche.

CHAPITRE PREMIER.

I. Division de la danse en plusieurs especes. II. Autre division de la danse. III. Plusieurs especes de danses selon Athenée. IV. La danse Pyrrhique.

I. LA danse étoit encore un des exercices du cirque. Il y en avoit de plusieurs sortes; la danse scenique, qui étoit divisée en trois selon les Grecs; la danse qu'on appelloit *emmelie*, pour la scene tragique; celle qu'on nommoit la *cordace* & le *cordacisme*, pour la scene comique; & celle qu'on appelloit *sicinnis* ou *sicinna*, pour la satyrique. L'*emmelie* étoit une danse grave & serieuse, telle qu'il convenoit aux sujets tragiques; la *cordace* ou le *cordacisme* étoit la danse comique, qui passe pour infame dans les auteurs à cause des gestes impudiques ou indecens que faisoient ces danseurs. De la *cordace* ou comique Bathyllus fit la danse Italique, comme il est dit dans Athenée. La danse appellée *sicinnis* étoit propre aux Satyriques, qui la dansoient en proferant des railleries & des mots piquans. Ces Satyriques qu'on appelloit à cause de cela *Sicinnistes*, se trouvoient aux funerailles des gens riches, où ils dansoient la *sicinnis*, & disoient les mots les plus satyriques; cela s'appelloit *sicinniser*.

II. Cette division ne regarde que la scene: une autre division plus generale de tout ce qui s'appelloit danse, étoit en cubistique, spheristique & orchestique. La cubistique étoit celle qui se faisoit avec certaines contorsions de membres: la spheristique se faisoit en jouant de la boule; & l'orchestique qui est l'ordinaire, est celle qu'on appelle proprement danse. Platon propose une au-

LIBER IV.

De saltatione, de naumachia, de venatu & de piscatu.

CAPUT PRIMUM

I. Saltationis divisio varias in species. II. Alia saltationis divisio. III. Saltationum varia genera secundum Athenæum. IV. Saltatio Pyrrhica.

I. SALTATIO quoque inter ludos circi erat. Pluraque erant saltationum genera, saltatio scenica, quæ in tres species erat divisa; una scilicet appellabatur ἐμμέλεια emmelia, pro scena tragica; altera κόρδαξ, cordax, aut κορδακισμός, cordacismus, pro scena comica; & quæ vocabatur σίκιννις & σίκιννα, *sicinnis* & *sicinna*, pro scena satyrica. Emmelia saltatio erat gravis & seria, qualis argumento tragico competebat. Cordax aut cordacismus, saltatio erat comica, quæ ut turpissima apud auctores habetur, ob impudicos dedecorisque plenos gestus; ex cordace aut comica saltatione Bathyllus saltationem Italicam effecit, ut apud Athenæum dicitur lib. 1. cap. 17. Saltatio quæ sicinnis vocabatur, Satyricis erat propria, qui saltabant dicteria & scommata proferentes. Hi Satyrici, quos ideo Sicinnistas vocabant, funeribus divitum adesse solebant, ubi sicinnin saltabant, verbaque satyrica profundebant, quod *sicinnizare* dicebatur.

II. Hæc divisio scenam tantum spectat. Alia generalis divisio saltationis erat, in cubisticam, sphæristicam, & orchesticam. Cubistica illa erat quæ quadam membrorum contorsione fieri solebat. Sphæristica pila ludendo exercebatur. Orchestica est solita saltatio & quæ proprie hoc nomen obtinet. Plato aliam

tre

tre diviſion de la danſe, en militaire, en celle de la paix, & en une moienne entre deux: la militaire étoit une danſe où l'on imitoit la guerre par de fauſſes attaques, des retraites, des traits lancez & évitez; & cela pour exercer à la guerre les gens qui devoient former ſa république. La danſe de la paix étoit ce que nous appellons la danſe ordinaire, que Platon n'explique point en détail. La danſe moienne étoit mêlée de la militaire & de la pacifique. On trouveroit encore pluſieurs autres diviſions de la danſe : chaque payis varioit en cela comme en pluſieurs autres uſages. Il eſt fait mention chez les auteurs de pluſieurs ſortes de danſes, dont on ne connoit que les noms, de la Laconique, de la Trezenique, de l'Epizephyrienne, de la Mantiniaque, de l'Ionique, de la Gaditane, de celle de Crete, & d'autres, dont les noms ſont preſque tous pris des lieux où elles étoient uſitées.

III. Athenée fait mention de pluſieurs autres eſpeces de danſes; du *maƈtriſme*, danſe de femmes; de la *moloſſique*, de la *ſicinnis* Perſique, du *nicatiſme* Thracien, du *calabriſme*, de la *teleſia*, de la Macedonienne. Les danſes furieuſes s'appelloient *cernophoros*, *mongas*, *thermantris*; *anthema* étoit une danſe populaire, où l'on chantoit en danſant & en proferant ces paroles : *Où ſont les roſes? où ſont les violetes? où eſt le beau perſil?* La *chitoneade* étoit une danſe en l'honneur de Diane, où l'on jouoit de la flute. On danſoit l'Ionique & l'Angelique parmi les pots & les bouteilles. Il y avoit encore une danſe qu'on appelloit l'*incendie du monde*. Les danſes ridicules étoient l'*igdis*, le *maƈtriſme*, l'*apocinos*, la *ſobade*, le *morphaſme*, la chouette, le lion, l'*effuſion de la farine*, la *celeuſte*, la *pinacide*, le *xiphiſme*, le *calatiſme*, les *callabides*, le *ſcope* eſpece de danſe où les danſeurs ſe mettoient la main ſur les ſourcils, & l'étendoient comme font ceux qui veulent regarder loin : & un grand nombre d'autres dont on ne ſait que les noms.

IV. La pyrrhique revient aſſez à la danſe militaire de Platon; elle fut inventée ſelon les uns par Pyrrichius Lacedemonien, & ſelon les autres par Pyrrhus fils d'Achille; c'eſt le ſentiment de Lucien dans ſon livre de la danſe. On y danſoit armé au ſon des inſtrumens. Mercurialis nous a donné une image de cette danſe, qu'il dit tirée de l'antique; je n'oſerois m'y fier, tant parceque je ne ſai ſi le marbre qui la repréſente ſelon lui, ſe trouve quelque part, que parce que d'autres choſes qu'il a données tirées des monumens an-

---

ſaltationis diviſionem proponit : alia militaris eſt, alia pacifica, tertia media. Militaris genus ſaltationis erat in quo bellum imitabantur, ſimulatis oppugnationibus, receptibus, jaculis aut emiſſis aut vitatis, idque ut ad bellum exercerentur ii qui rempublicam ejus efformaturi eſſent. Saltatio pacifica illa erat quam ſaltationem ordinariam nos vocamus, quam Plato minutatim non explicat; ſaltatio media, artibus belli paciſque commixta erat. Aliæ quoque occurrunt ſaltationum diviſiones : ſingulæ regiones in hoc ut & in aliis plurimis variabant. Multa apud ſcriptores ſaltationum genera memorantur, quarum ſolum nomen notum; Laconica, Trœzenica, Epizephyria, Mantiniaca, Ionica, Gaditana, Cretenſis, & aliæ a locis ut plurimum in quibus exercebantur denominatæ.

III. Athenæus alias quamplurimas ſaltationes commemorat, Maƈtriſmum, mulierum ſaltationem; Moloſſicam, Sicinnin Perſicam, Nicatiſmum Thracicum, Calabriſmum, Teleſiam, Macedoniam. Saltationes furioſæ appellabantur Cernophoros, Mongas, Thermantris : ſaltatio popularis erat Anthema, ubi ſaltando cantabatur, *ubi roſæ? ubi violæ? ubi pulcrum apium?* Chitoneas ſaltatio Dianæ erat, ubi tibia ludebatur. Ionica & Angelica ſaltabatur inter ſcyphos & pocula. Erat item ſaltatio quam vocabant *incendium mundi*. Saltationes ridiculæ erant, igdis, maƈtriſmus, apocinos, ſobas, morphaſmus, noctua, leo, effuſio farinæ, celeuſtes, pinacis, xiphiſmus, calathiſmus, callabides, ſcops vel ſcopeuma : in ſcope manum fronti prætendebant, ut faciunt qui aliquid procul aſpectare volunt; multæque aliæ quarum nomina tantum ſcimus. Jam de aliis ſaltationibus quæ notæ nobis aut quarum monumenta ſuperſunt agendum.

IV. Pyrrhica cum ſaltatione militari Platonis aliquo modo conſentit. Inventa autem fuit ſecundum quoſdam a Pyrrichio Lacedæmone : ſecundum alios a Pyrrho Achillis filio, & hæc ſententia eſt Luciani libro de ſaltatione. Armati ſaltabant ludentibus muſicis inſtrumentis. Mercurialis hujus ſaltationis imaginem dedit, quam ex monumentis expreſſam dicit : cui ego fidem habere non auſim, tum quia ignoro utrum marmor hujuſmodi alicubi reperiatur, tum quia alia quæ ipſe ex monumentis veris quæ hactenus ſuperſunt eruit, ita deformata ſunt in imaginibus ejus,

tiques qui ſe voient encore aujourd'hui, ſont ſi défigurez ſur les images, qu'à peine les peut-on reconnoitre ; témoins les ceſtes, les triclinions & autres choſes. Xenophon parle de pluſieurs de ces danſes en armes, ſavoir de celles des Thraciens qui ſembloient ſe porter des coups mortels en danſant, en ſorte qu'il y en avoit qui tomboient comme morts ſans avoir aucun mal : celui qui l'avoit frappé le dépouilloit, & chantant ce qu'on appelloit la *Sitalce* il ſe retiroit : les autres Thraciens emportoient leur camarade, & faiſoient le convoi pour les funerailles de celui qui ſe portoit fort bien. Il décrit enſuite la danſe des Magneſiens qui danſoient en labourant la terre, & qui avoient des armes pour ſe défendre contre les voleurs : le laboureur ſemoit la terre, & regardoit toujours de côté & d'autre comme aiant peur des voleurs ; le voleur venoit, le laboureur prenoit ſes armes, & ſe mettoit en devoir de défendre ſon harnois ; tous ces mouvemens ſe faiſoient avec cadence & au ſon de la flute : le voleur prenoit enfin le laboureur, il le lioit & l'emmenoit ſur ſon propre harnois. Il arrivoit quelquefois que c'étoit le laboureur qui lioit le voleur. Xenophon parle auſſi des Myſiens qui ſe battoient en danſant, & qui portoient des *peltes* pour parer les coups. Cette danſe avoit encore pluſieurs noms ſelon les differens payis où l'on danſoit armé.

Dans cette danſe de Mercurialis outre les joueurs d'inſtrumens qui paroiſſent être des flutes, trois vieillards aſſis ſont les ſpectateurs, qui faiſoient apparemment l'office de juges de la danſe pour aſſigner le prix à ceux qui avoient le mieux joué. Strabon dit que ce fut Curès qui enſeigna le premier les Cretois à danſer en armes & en tirant de l'arc.

---

ut vix agnoſci valeant, quales ceſti ſunt, qualia triclinia, & alia. Xenophon multas hujuſmodi armatorum ſaltationes memorat Exped. Cyri lib. 6. p. 371. Thracum videlicet qui ſibi invicem lethalia inferre vulnera ſaltando videbantur, ita ut aliqui caderent quaſi occiſi, etſi nihil paſſi incommodi ; qui percuſſerat, ſimulatum mortuum ſpoliabat, interim eam quam vocabant Sitalcam cantilenam modulans, abſcedebat deinde. Hinc Thraces reliqui mortuum ſuum efferebant, ut ei parentarent, qui optime valeret. Deſcribit poſtea tripudium Magneſiorum qui terram arando ſaltabant ; quique arma in promtu habebant contra ſimulatos fures. Arator ſemen jaciebat, ſemper hinc & inde proſpectans quaſi prædones metuens. Accedebat prædo, arator arreptis armis ad jugum defendendum ſe comparabat, tibiæ modulis motus corporis adaptans. Prædo tandem arreptum aratorem vinculiſque conſtrictum cum jugo abducebat : aliquando etiam arator furem alligabat. Loquitur etiam Xenophon de Myſorum tripudiis, qui ſaltando pugnabant, & peltas geſtabant, quas ictibus opponerent.

In Mercurialis ſaltatione illa præter tibicines (nam tibicines eſſe videntur) tres ſenes ſedentes ac ſpectatores, de ſaltatione, ut credere eſt, judicabant ; ſi tamen, ut diximus, ſit fidendum imagini. Strabo dicit lib. 10. p. 331. Curetem primum Cretenſes docuiſſe ſaltationem, qua in armis & arcus vibrantes tripudiabant.



CHAPITRE II.

I. La danse spheristique avec des boules ou des balles. II. Images de danseurs. III. Danse ordinaire. IV. Danseuses. V. Petits garçons qui dansent.

I. LA danse qu'on appelloit spheristique se faisoit avec des boules aux
mains qu'on jettoit en l'air & avec lesquelles on jouoit. Les Grecs les
distinguoient en grande & en petite, en boule vuide & en coryce. Les Romains
avoient des noms differens pour en faire la distinction; *follis*, *trigonalis*,
paganica & *harpastus*. *Follis* étoit la grande boule ou balle; *trigonalis* étoit
plus petite que *follis*, & aussi moins grande que celle qu'on appelloit *paga-* Pl.
nica, qui tenoit comme un milieu entre *follis* & *trigonalis*: *harpastus* étoit la CLXXI.
plus petite des balles. Beger croit que ce joueur [1] de boule que nous donnons 1
après lui, qui tient une boule à chaque main, jouoit de celle qu'on appelloit
paganica, ainsi nommée parcequ'elle étoit en usage à la campagne & dans les
villages; elle remplit toute la main, & est, dit-il, trop grande pour être ou la
trigonale ou l'*harpastus*, & trop petite pour être le *follis*. Quant aux boules
ou balles des Grecs, la grande & la petite peuvent répondre au *follis* ou à la
trigonale des Romains: la balle vuide des Grecs étoit fort grande, & la coryce encore plus, en sorte même qu'on ne pouvoit en jouer qu'en la suspendant dans le gymnase ou dans quelque chambre: elle étoit remplie de farine ou de sable, & alloit toujours en l'air sans jamais tomber; elle jettoit souvent à terre les joueurs mal-habiles qui ne la prenoient pas comme il falloit. Comme ce jeu de la boule ou de la balle se faisoit avec quelque cadence, les auteurs le mettent comme une espece de danse. Mercurialis donne la forme de ce jeu de boule tirée, dit-il, d'une medaille de Gordien troisiéme. Il en ajoute une autre tirée d'une medaille greque de Marc-Aurele. Rien de plus sujet à caution que ces exercices tirez des medailles; ce peut être cela, & ce peut aussi être autre chose; les figures y sont si petites, qu'il faut deviner.

II. Une image que nous donnons, semble [2] représenter les joueurs en trian- 2
gle; & c'est peutêtre de là, dit Beger, que la balle propre à jouer ainsi s'appel-

---

CAPUT II.

I Saltatio Sphæristica cum pila. II. Saltantium imagines. III. Saltatio usitatior. IV. Nymphæ virginesve saltantes. V. Pueruli saltantes.

I, SALTATIO quæ sphæristica vocabatur pilas manibus gestando peragebatur, quibus in aërem conjectis ludebatur. Græci pilam in magnam & parvam distinguebant, & in pilam vacuam inque corycum. Romani varia habuere nomina quibus hæc distinguerent, quæ istæc erant, follis, trigonalis, paganica & harpastus. Follis magna erat pila, trigonalis minor erat folle, minor etiam illâ quæ paganica appellabatur, quæ quasi medium tenebat inter follem & trigonalem. Harpastus pilarum omnium minima erat. Putat Begerus illum pila ludentem, quem post eum proferimus, quique in utraque manu pilam tenet, pila ludere paganica, sic dicta quia in pagis & in agro frequentari solebat. Totam, inquit ille, manum implet, majorque est quam ut aut trigonalis aut harpastus dici possit, minorque est, quam ut follis esse credatur. Quantum ad pilas Græcorum spectat, magna & parva pila possunt referri ad follem & ad trigonalem Romanorum. Pila vacua Græcorum perquam maxima erat; corycumque etiam majus, ita ut illo suspenso ludere possent in gymnasio vel in conclavi aliquo; farina aut arena implebatur, ac semper in aëre suspensum volitabat: sæpe etiam eos qui imperite illo luderent in terram decutiebat: quoniam vero pilæ ludus aliquo cum tripudio corporisque agili motu fieri solebat, quasi aliqua species saltationis a scriptoribus describitur. Mercurialis hujusce pilæ ludi formam exhibet erutam, inquit, ex nummo Gordiani tertii; aliamque imaginem adjicit ex nummo græco Marci Aurelii eductam: nihil magis errori obnoxium quam hujusmodi exercitia ex nummis educta: de tam exiguis figuris hoc illudve nonnisi divinando plerumque dicitur.

II. Imago quam proferimus ludentes in trianguli formam positos repræsentare videtur, indeque fortasse est, inquit Begerus, quod pila hujusmodi vo-

3 loit *pila trigonalis*. Nous ajoutons à ces figures [3] celle d'un petit enfant qui
tient une boule de chaque main ; il y en a un semblable dans le *Museum*
Cospianum. Les enfans jouoient à la boule anciennement comme aujour-
d'hui ; nous ne savons rien de la maniere ni des loix de ce jeu.

III. Pour ce qui est de la danse ordinaire, nous n'avons guere de mo-
numens qui nous en instruisent. Ce qui est certain est qu'ils dansoient sou-
vent au son des instrumens, de la flute, de la lyre ou de la guitarre ; ils
étoient en habit court, & quelquefois les cheveux frisez. Les danseurs fri-
sez se trouvent dans Ciceron & dans les autres auteurs. Celui que nous
4 représentons [4] ici est frisé, & a une chaussure assez extraordinaire, qui est
à ce que je crois le cothurne ; nous en avons vu la forme sur l'article du
cothurne : mais elle varioit comme toutes les autres selon le tems & les
5 lieux. Le jeune homme [5] qui vient ensuite, & qui tient un grand anneau,
6 7 semble jouer ; je ne sai à quel jeu. Deux petits [6] garçons [7] au bas de la
8 planche dansent, & tiennent aux mains de petits instrumens. Un [8] homme
qui porte un casque tient, ce semble, deux grosses pierres qu'il frappe l'une
contre l'autre.

Pl. CLXXII. IV. Les marbres Romains nous représentent quelques danses de filles ou de nymphes qui se tiennent tout de suite par les mains. La premiere danse est de Baccantes, dont l'une tient un thyrse de la main droite, & la moitié d'un cerf de la gauche : les deux du milieu qui sont auprès d'un candelabre tiennent chacune un grand feston. La quatriéme tient d'une main des fruits, & de l'autre un certain instrument qu'on ne connoit pas. Il n'est pas bien certain que ce soit une danse, à moins qu'on ne prenne pour danse cette agitation continuelle où les Baccantes se voient.

Pl. CLXXIII. La planche suivante représente incontestablement une danse de cinq jeunes filles qui se tiennent par la main : ce qui est à remarquer ici, c'est que la premiere & la derniere qui ont une main libre, tiennent l'une une espece de palet, l'autre un petit bâton.

La danse phallique en l'honneur de Bacchus étoit infame à cause des représentations qui s'y faisoient, & pire que la comique, qui est traitée d'impudique & d'indécente par les anciens.

V. On voit encore dans les anciens monumens de jeunes garçons qui dansent avec certaines choses aux mains qu'il n'est pas aisé de distinguer:

---

cetur trigonalis. His adjicimus puerulum nudum pilam in utraque manu tenentem : huic similis habetur in Museo Cospiano. Pueri olim pila ludebant ut hodieque : nec modum nec conditiones ludi hujusmodi novimus.

III. Quantum ad saltationem vulgarem pauca sunt monumenta, quæ quomodo fieret exhibeant. Utique certum est ad instrumentorum tibiæ, lyræ citharæque sonum veteres saltasse. Brevibus illi utebantur tunicis, & aliquando calamistrati saltabant : cincinnati calamistratique saltatores apud Ciceronem & apud reliquos auctores occurrunt. Is quem hic repræsentamus capillos habet cincinnatos & calceum insolentis formæ, quem cothurnum esse crediderim : hujus ipsius formam conspeximus ubi de cothurno : sed hæc forma, ut & omnes aliæ, admodum variabat : juvenis alius qui magnum annulum aut circulum tenet, ludere videtur ; quo autem ludo ignoro. Duo pueruli in ima tabula saltant manibusque instrumenta nescio quæ contrectant. Vir cassidem gestans duos lapides tenet, atque nescio quo ludo ludere velit.

IV. Romana marmora saltationes aliquot virginum nympharumve exhibent, quæ sese manu tenent longaque interdum serie. Prima saltatio est Bacchantium, quarum altera thyrsum manu dextera tenet, & dimidium cervum altera : duæ in medio prope candelabrum stantes, singulæ encarpum tenent ; quarta altera manu poma, altera instrumentum quodpiam ignotum. Hæc pro saltatione non certo habenda esse videntur, nisi saltationem dicamus agitationem illam Bacchantium fere perpetuam.

Vere saltationem exhibet tabula sequens, quinque puellæ sese continua serie manibus tenent ; quodque annotandum, prima & postrema quæ alteram manum liberam habent, tenent alia discum, alia brevem baculum.

Saltatio phallica in honorem Bacchi inter fœdissimas turpissimasque censebatur, & pejor comica habita fuit, quam tamen comicam scriptores & indecoram & impudicam fuisse narrant.

V. In veterum monumentis puerili saltantes visuntur & aliquid manibus tractantes, quod non ita fa-


IOÜEURS, SAUTEURS
CLXXI Pl. a la 314 page T. III
1
2
3
N. Cabinet
Beger
Beger
4
5
Beger
Maffei
6
7
8
Bonanni
Bonanni
Bonanni
T. III 171

DANS



Admiranda

USES



m. Antiq.


DAN
Admiranda

USES



m Antiq.

d'autres qui tiennent des crotales à la maniere des Baccantes, & qui en jouent en danſant, comme nous avons vu dans les danſes des Baccanales. Il ne ſera pas hors de propos de mettre ici des figures d'enfans qui jouent, données par Spon. L'un joue de la flute, l'autre du tympanum, quelques-uns culbutent leurs camarades; une eſpece d'agonothete ou de diſtributeur de prix, couronne un des petits enfans, qui tient une palme, & qui a apparemment remporté le prix ſur ſes compagnons : il y en a quelques-uns dans la troupe qui danſent : la palme eſt poſée ſur une baſe quarrée pour celui qui fera le mieux. Toutes ces figures priſes d'un grand ſepulcre Romain ſont repréſentées ſur la grande face de devant & ſur les deux côtez.

PL. CLXXIV

---

cile cognitu fuerit; alii crotala pulſant Bacchantium more, & ſaltando crotalis ludunt ut in tabulis Bacchicis vidimus. Non ab re erit hic pueros ludentes ab Sponio publicatos proferre : alius tibia ludit, alius tympanum pulſat, nonnulli ſocios in terram dejiciunt: Agonotheta quidam hic viſitur, qui puerulum alium palmam tenentem coronat, qui puerulus, ut videtur, victoriam retulerit. Aliqui ſaltantes in cœtu conſpiciuntur : palma ſupra baſin quadratam poſita eſt, a victore accipienda : hæ omnes figuræ ex magno ſepulcro Romano erutæ ſunt, ubi in anteriore magna facie & in duobus lateribus minimis repræſentantur.

CHAPITRE III.

I. Ce que c'étoit que la naumachie; naumachies differentes. II. Naumachie de Domitien. III. Difficulté ſur cette naumachie.

I. LA naumachie étoit un combat naval qui ſe donnoit en un lieu deſtiné pour cela, où les *biremes*, les *triremes*, les *quadriremes*, les flotes Egyptiennes & Tyriennes ſe battoient. A un ſpectacle pareil que donna Jules-Ceſar, l'affluence du peuple, tant des citoiens que des étrangers, fut ſi grande, que pluſieurs furent étouffez dans la foule. Il y avoit à ce combat naval quatre mille rameurs en tout, & mille combattans de chaque côté. Il falloit un grand lac pour cela; auſſi fit-il creuſer une grande foſſe dans le champ de Mars, où l'on détourna l'eau du Tibre. Auguſte en fit auſſi une à l'autre côté de la riviere : & parceque tout le peuple y étant accouru, la ville demeuroit preſque deſerte, il fit mettre des gardes par toutes les rues, de crainte que les voleurs n'allaſſent piller les maiſons. Caligula fit démolir pluſieurs maiſons pour faire place à une autre naumachie. Neron voulant donner le ſpectacle de la naumachie, fit apporter de l'eau de mer pour en remplir une foſſe, & y fit mettre des poiſſons & des monſtres marins. L'Empereur Tite donna auſſi le ſpectacle de la naumachie.

CAPUT III.

I. Quid eſſet naumachia : naumachiæ variæ. II. Naumachia Domitiani. III. Circa hanc naumachiam difficultas.

III. Begerus qui ſequentem imaginem ex gemma Muſei Brandeburgici eductam dedit, dicit alteram faciem repræſentare Commodum imperatorem jaculum vibrantem in pantheram; alteramque faciem Æthiopem Æthiopiſſamque exhibere. Atque e re huic imagini hanc hiſtoriam applicat ex Herodiano extractam lib. 1. c. 24. ubi de Commodo dicitur : *Siquidem ita eſſe certa manus illius dicebatur, ut quodcumque deſtinaret, jaculo ſagittaque configeret. Erantque cum illo aſſidue Parthorum lectiſſimi ſagittarii, ac Numidæ præſtantiſſimi jaculatores : quos ille tamen omnes longe artificio ſuperabat..... Leones vero & pantheras, aliaque id genus nobiliſſima animalia, currens in orbem, ſuperne jaculis confodiebat : ſic ut nec telum quiſquam ſecundum, nec vulnus viderit niſi lethiferum. Nam ut primum ſe fera concitaverat, ſtatim illam vel in fronte vel in corde ſauciabat; nullo præterea uſus ſcopo, neque ad aliam corporis partem telo deſtinato : ſic ut pariter cum vulnere ipſo conficeretur. Cæterum beſtiæ conquirebantur undique : ac tum primum vidimus quæ ante in picturis mirabamur. Quippe ex India, Æthiopiaque, itemque a meridie & a ſeptemtrionibus quidquid incognitum prioribus ſæculis fuerat, confecit ille pariter atque oſtendit.* Ideoque fortaſſe in altera lapidis facie Æthiopem Æthiopiſſamque videmus. Raro viſuntur in monumentis Æthiopes, aut ii quos Nigros vocamus. In theſauro tamen Palatino per eumdem Begerum publicato Æthiopem videmus in poſtica facie nummi Conſtantii imperatoris. Virgilius in Moreto Æthiopum occidentalium faciem deſcribit his verbis :

Afra genus tota patrium teſtante figura,
Torta coma labioque tumens & fuſca colore.

Scimus aliunde Cleopatram Æthiopibus uſam.

IV. In imagine ſequenti per D. Marchionem de Caumont Avenione mihi tranſmiſſa, imperator Valentinianus tertius pardum venatur, venabuloque transfigere nititur. Equi ſtratum & reliquus apparatus ſpe-

ſcription qui eſt autour porte *Valentiniane zeſes.* Le dernier mot qui eſt grec, mais écrit en lettres latines, comme on faiſoit aſſez ſouvent en ces tems là, veut dire, *vivas ; Vive Valentinien.*

Cette maniere d'écrire *zeſes*, *vivez* ou *je ſouhaite que vous viviez*, ſe trouve ſouvent vers le tems des Valentiniens ; nous avons donné une image des trois Graces, où après leurs noms qui ne ſe voient que là, ſavoir *Gelaſia*, *Lecoris*, *Comaſia*, on lit *Piete*, *zeſete* : ces deux mots grecs *piete*, *zeſete*, écrits en lettres latines, veulent dire *vivez* & *bûvez.* Les mots *Pie*, *zeſes* ſe trouvent ſouvent dans un grand nombre d'anciennes coupes, taſſes, vaſes & autres pieces de verre, même dans des vaſes qui regardent purement le Chriſtianiſme, comme a fait voir M. le Senateur Buonaroti dans ſes ſavantes obſervations ſur les anciens vaſes de verre, ſur leurs images & ſur leurs inſcriptions ; ce livre eſt imprimé à Florence en 1716. Il n'y eſt point du tout parlé des vitres des anciens ; on m'avoit dit qu'il prouvoit dans ce livre qu'ils en avoient eu l'uſage ; mais il n'y eſt point queſtion de cela du tout ; & je ſuis perſuadé que M. Buonaroti croit comme tous les antiquaires, qu'il n'eſt dit nulle part, ni dans les auteurs ni dans les inſcriptions, que les anciens ſe ſoient ſervis de vitres, & qu'il y a même des preuves qu'ils n'en ont jamais connu l'uſage.


---

ctabilia ſunt. Inſcriptio circum, eſt, *Valentiniane zeſes.* Ultima vox quæ græca eſt, tametſi litteris ſcripta latinis, græce enim ζήσαις legitur, ſignificat *Valentiniane vivas* : temporibus iſtis voces græcas latinis literis exaratas alibi deprehendimus.

Hic modus ſcribendi *zeſes*, id eſt *vivas*, ſæpe circa tempora Valentinianorum occurrit. Imaginem dedimus trium Gratiarum, ubi poſt earum nomina, quæ nuſpiam alias a me viſa ſunt, nempe *Geloſia*, *Leçoris*, *Comaſia*, legitur, *piete*, *zeſete*, *vivatis.* Hæ duæ voces græcæ *piete*, *zeſete*, latinis ſcriptæ litteris, ſignificant, *vivite*, *bibite.* Hæc porro verba, *pie*, *zeſes*, *bibe*, *vivas*, ſæpe occurrunt in vitreis poculis, crateribuſque, in aliiſque vitreis fragmentis veteribus, etiamque in vaſis chriſtianiſmum ſpectantibus, ut demonſtrat V. Cl. ſenator Bonarota in doctis obſervationibus ſuis in vetera vaſa vitrea inque eorum imagines & inſcriptiones : hic liber cuſus eſt Florentiæ anno 1716. quo in libro non agitur de vitreis tabulis quæ ad feneſtras adaptari ſolent : quamquam dictum mihi fuerat ipſum eodem in libro aſſerere eas in uſu apud Veteres fuiſſe. Verum hic nulla hanc circa rem quæſtio eſt. Puto namque virum doctiſſimum Bonarotam perinde atque alios in antiquitate verſatos probe ſcire, nullam apud veteres ſcriptores, nullam in vetuſtis inſcriptionibus tabularum hujuſmodi vitrearum mentionem occurrere ; imo argumentis probari poſſe ne notas quidem illis fuiſſe.



Chasse de la Panthere



Beger

Chasse du Tigre



Mr. de Caumont

CHAPITRE VIII.

I. Chasse au lion. II. Autre chasse singuliere au lion. III. Autre image. IV. Chasse tirée d'un marbre de Rheims. V. Chasse aux taureaux. VI. Trajan chasse au lion. VII. Il chasse aux ours.

I. DANS l'image suivante un heros à cheval, armé d'un casque & d'une cuirasse, darde son javelot contre un lion: Beger qui l'a donnée croit que c'est un Alexandre: la figure d'homme armé à la Greque pourroit peut-être convenir à d'autres; mais ce qui fait pour Alexandre, est qu'il aimoit la chasse, & entre autres celle du lion, comme dit Plutarque, & que Lysippus & Leocharès habiles sculpteurs firent la statue d'Alexandre tuant un lion. D'ailleurs cette figure a assez l'air d'Alexandre. PL. CLXXXII.

II. Une chasse aux lions des plus singulieres est celle du sepulcre des Nasons, où huit hommes armez de grands boucliers combattent contre deux lions. L'adresse de l'un des veneurs paroit en ce qu'aiant été terrassé par un des lions, tout couché qu'il est, il couvre tellement tout son corps de son bouclier, que le lion ne sait où mordre. La chasse se fait dans un parc, & apparemment pour le plaisir des chasseurs, qui pour faire durer le plaisir plus longtems ne paroissent être gueres bien munis d'armes offensives.

III. La chasse au lion se voit dans un marbre Romain: il y a plusieurs chasseurs; le lion a abbatu un homme, qui se défend pourtant, & qui tient son épée & son bouclier; un cavalier vient contre le lion pour le percer. Celui-ci paroit être quelque Empereur: le poitrail de son cheval est une peau de lion coupée en deux, dont une partie va d'un côté, & l'autre de l'autre; la peau de sa tête paroit sur le devant: ce que nous observerons plusieurs fois au tome suivant dans la cavalerie & dans les combats. PL. CLXXXIII.

IV. Le beau marbre de Rheims que nous donnons ensuite, a été publié premierement par Bergier dans son histoire de la ville de Rheims, & depuis par Tristan. Il se voit à l'Eglise de S. Nicaise de Rheims. Il représente une

---

CAPUT VIII.

I. Leonem quomodo venabantur Veteres. II. Modus singularis venandi leones. III. Alia imago. IV. Venatio ex marmore Rhemensi. V. Quomodo tauros venarentur antiqui. VI. Trajanus leonem venatur. VII. Itemque ursum.

I. IN imagine sequenti eques heros galea loricaque armatus jaculum vibrat in leonem. Existimat Begerus, qui hoc schema publicavit, esse Alexandrum magnum: quod a verisimili non abhorret. Licet enim equitis græco more armati imago alii, quam Alexandro competere possit; at de Alexandro dicit Plutarchus ipsum venatui deditum, leones libentius venatum esse: ac Lysippus Leocharesque sculptores celeberrimi Alexandrum fecerunt leonem conficientem. His adde schema quod hic profertur Alexandrum maxime referre.

II. En singularissimum omnium leones venandi modum, in pictura Nasoniani sepulcri repræsentatum: ubi octo viri prægrandibus clipeis armati contra duos leones pugnant. Hic venatoris cujuspiam ars eminet maxime, qui a leone prostratus ita corpus totum clipeo contegit, ut leo quo loco mordeat non habeat. Venatio in septo peragitur, atque, ut videtur, ad venantium voluptatem, qui ludi protrahendi causa, nec venabula, nec sagittas ullas adhibent.

III. In tabula sequenti imago prima ex marmore Romano educta multos leonem venantes repræsentat. Leo virum prostravit, qui tamen adhuc clipeum obtendit gladiumque tenet: eques in leonem irrumpit, ut eum confodiat. Videturque imperator quispiam esse: equus lori anterioris & pectoralis loco pellem leonis habet duas in partes divisam, ita ut pars altera in uno latere conspiciatur, altera vero in opposito latere, pellisque capitis leonis in ipso pectore compareat. Quod in equitatu tomo sequenti non infrequenter observabimus.

IV. Elegantissimum marmor Rhemense, quod postea exprimimus, primo publicatum fuit a Bergerio in historia urbis Rhemensis, & postea a Tristano. Est autem in Ecclesia S.Nicasii Rhemensis, venatum-

grande chaſſe, où l'on voit dix perſonnes tant à pied qu'à cheval : le principal eſt un grand ſeigneur ou un Empereur, qui lance ſon javelot contre un lion : quelques-uns l'ont pris pour Hadrien ; mais il ne porte point de barbe comme Hadrien, & n'a aucun des traits de cet Empereur. Cette opinion eſt rejettée par Triſtan ; il s'arrête au ſentiment de ceux de Rheims, qui croient que c'eſt le ſepulcre de Flavius Valens Jovinus, qui ſelon Ammien Marcellin avoit été établi par l'Empereur Julien commandant des armées des Gaules, & qui fut celebre par pluſieurs victoires qu'il gagna. Ce fut lui qui bâtit l'Egliſe de S. Nicaiſe, qui eſt appellée de ſon nom l'Egliſe Jovinienne dans le teſtament de S. Remi ; & c'eſt auſſi là que l'on croit que ſon corps repoſe. Flodoard dit auſſi au livre premier de ſon hiſtoire, que Jovin avoit deſtiné cette egliſe de S. Nicaiſe pour être le lieu de ſa ſepulture. Triſtan parle plus au long de tout ceci dans ſon premier tome. Cette chaſſe eſt remarquable : il y a un cerf, un ſanglier & une autre bête étendus morts ; le lion ſe défend, & atterre un homme qui ſe pare de ſon bouclier. A l'extrémité du marbre eſt un Parthe ou un Armenien, qu'on reconnoit à ſon bonnet. Un petit garçon nu tient un caſque. Les autres particularitez s'expliquent aſſez par les chaſſes précedentes.

V. Dans les marbres d'Oxford on voit une chaſſe au taureau d'un deſſein fort groſſier. De jeunes gens ſans armes & à cheval pourſuivent des taureaux, qu'ils prennent par les cornes, & qu'ils renverſent à force de bras. Ce jeu de taureaux qui prit ſon origine en Theſſalie, fut auſſi apporté à Rome ſous Jules-Ceſar ſelon Pline, qui dit que les Theſſaliens accoutumez à ce violent exercice tordoient même le cou aux taureaux & les tuoient à force de bras. L'Empereur Claude donna auſſi ce jeu dans le cirque, où ces cavaliers Theſſaliens après avoir laſſé en courant ces taureaux, ſautoient ſur eux, les prenoient aux cornes, & les jettoient à terre. Ces jeux ſe faiſoient auſſi à Epheſe & dans l'Attique ; les Grecs l'appelloient *Tauro-cathapſion.*

V I. L'Empereur Trajan eſt repréſenté dans l'image ſuivante, après ſon retour de la chaſſe au lion, qu'il a tué ; le lion eſt étendu mort. Trajan & trois hommes qui l'accompagnent ſemblent deliberer enſemble de ce qu'il y a à faire ; ils ſont tous armez de piques ; les deux qui ſont aux extrémitez tiennent chacun un cheval par la bride. La tête du lion fut offerte à Mars,

---

que magnum exprimit, ubi decem circiter pedites equiteſve comparent. Qui primas tenet, eſt princeps imperatorve quidam, qui venabulum vibrat in leonem : quidam illum pro Hadriano imperatore habuerunt, ſed hic barbatus non eſt, ſecus quam Hadrianus qui barbatus repræſentatur, vultuſque ejus Hadrianum nullo modo refert : quamobrem hæc opinio jure a Triſtano rejicitur, qui ſententiam Remis receptam amplectitur ; nempe eſſe ſepulcrum Flavii Valentis Jovini viri Chriſtiani, qui fuerat, ut ait Ammianus Marcellinus lib. 22. *dudum promotus a Juliano per Galliam magiſter armorum* ; multiſque victoriis celebris fuit. Is Eccleſiam S. Nicaſii conſtruxit, quæ ipſius nomine Jovinia Eccleſia vocatur a S. Remigio in teſtamento ſuo, in quo dicitur etiam Jovinum ibi requieſcere. Flodoardus item libro primo hiſtoriæ ſuæ cap. 6. ait eum Eccleſiam illam S. Nicaſii in tumulum ſibi deſtinaviſſe, quæ omnia fuſe Triſtanus perſequitur tomo 1. p. 519. & ſeqq. Hic venatus certe obſervatu dignus : cervus, aper, aliaque fera jacent extenſa, leo pugnat & virum proſternit, qui ſcuto ſe contegit. In extremo marmore Parthus ſive Armenus viſitur, quem a tiara ſtatim agnoſcimus. Puerulus nudus caſſidem geſtat. Alia exploranda lectori mittuntur. Marmor eſt longitudine pedum regiorum octo, & quatuor pollicum, latitudine pedum quatuor.

V. In marmoribus Oxonienſibus, venatio taurorum viſitur, rudi opere : juvenes nudi inermes & equites tauros inſequuntur, quos cornibus apprehendunt, & vi torquentes in terram decutiunt. Hic taurorum ludus, qui in Theſſalia originem duxit, Romam ſub Julio Cæſare allatus eſt, inquit Plinius, qui ait l. 8. c. 45. *Theſſalorum gentis inventum eſſe, equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare.* Imperator quoque Claudius hunc ludum edidit in circo teſte Suetonio in Claudio : *Præterea*, inquit, *Claudius exhibuit Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia circi agunt, inſiliuntque defeſſos, & ad terram cornibus detrahunt.* Hi ludi etiam Epheſi & in Attica exercebantur. Græci vocabant ταυροκαθάψιον.

V I. Jam abſolutam Trajani imperatoris venationem exhibet marmor ſequens. Leo immanis magnitudinis cæſus extenditur : Trajanus & tres alii viri comites deliberare videntur, quid jam facto opus ſit : omnes uno excepto imperatore haſtis armati ſunt. Duo in oris utrinque poſiti equum habenis tenent, caput leonis Marti in ſacrificium fuit oblatum,


CHASSE AU LION CLXXXII. Pl. a la 330. page T. III
Beger
Sepulchre Nasoni
Tome III 182



CHASSE




Marbre de Rome



AU LION

CLXXXIII. Pl. a la 330 page T. III



Arc . de Constantin

Tome III 183

comme nous avons vu ſur les ſacrifices de Mars. L'Empereur a ici autour de ſa tête le cercle raionnant comme ci-devant.

VII. La planche ſuivante repréſente le même Empereur Trajan chaſſant à l'ours : trois cavaliers courent après la bête ; l'Empereur tient une épée dont la lame bien plus longue que les ordinaires, paroit avoir près de trois pieds de long. L'ours fut tué, & ſa tête fut offerte en ſacrifice au dieu Silvain, comme nous l'apprenons d'un marbre voiſin de celui-ci, dont nous avons donné la figure aux ſacrifices. PL. CLXXXIV.

ut jam in ſacrificiis Martis vidimus. Imperator nimbum ſive circulum luminoſum habet ut ante.

VII. In hac poſtrema tabula, imperator Trajanus urſum venatur. Tres equites feram inſequuntur. Imperator diſtrictum gladium tenet, cujus lamina vulgaribus laminis longior tripedalis videtur eſſe. Urſus occiſus fuit, ejuſque caput in ſacrificium oblatum deo Silvano, ut ex marmore huic vicino diſcimus, cujus imaginem dedimus in ſacrificiis.

CHAPITRE IX.

I. La Peſche des anciens à la ligne. II. Autres manieres de peſcher. III. Peſche ſinguliere des Gaulois. IV. Les piſcines des Romains.

I. NOUS ſavons peu de choſe de la peſche des anciens ; ils peſchoient comme on fait aujourd'hui, aux filets & à la ligne. La peſche à la ligne étoit fort ordinaire chez les Romains,

De ſa ligne tremblante il amene un poiſſon, PL. CLXXXV.

dit Martial parlant des payiſans. Voici pluſieurs peſcheurs : l'un eſt tiré d'un marbre Romain. Le jeune homme qui peſche porte un bonnet ſemblable au petaſe de Mercure. L'autre donné par le P. Bonanni, aſſis ſur une roche, porte auſſi un bonnet ; il a déja fait une aſſez grande capture, qu'il tient dans un panier : le ſein ſemble marquer que c'eſt une femme qui peſche, quoique l'habit ne convienne guere à une femme. L'autre peſcheur donné par le Cavalier Maffei, eſt dans une barque, & peſche en pleine mer.

II. Elien rapporte pluſieurs autres manieres dont on ſe ſervoit pour la peſche, comme en faiſant des trous dans la glace, quand la riviere étoit glacée ; ce qui ſe pratiquoit, dit-il, ſur le Pô ; en mettant ſur l'hameçon des appats. Il parle de la maniere de peſcher des tons avec de grands filets tendus, car on tendoit des filets comme aujourd'hui ; & les peſcheurs montez ſur des barques en jettoient auſſi dans les rivieres, dans les lacs & dans differentes mers.

CAPUT IX.

I. De piſcatu & primo cum linea. II. Alii piſcandi modi. III. Gallorum ſingularis modus. IV. Piſcinæ Romanorum.

I. DE piſcatu Veterum pauca ſcimus. More hodierno piſcabantur olim retibus videlicet atque linea. Linea vero frequentiſſime, inde Martialis 3. 58. de villicis loquens :

Tremulave captum linea trahit piſcem.

En plurimos linea piſcantes ; juvenis ille piſcator ex marmore Romano eductus galerum geſtat Mercurii petaſo non diſſimilem. Alius a patre Bonanno datus rupi inſidet, pileumque geſtat, jam plurimos cepit piſces in caniſtro poſitos : ex ſinu videtur mulier eſſe, etſi veſtitus mulieri non congruere videatur. Alius piſcator ab equite Maffeio publicatus in navicula conſiſtens medio in mari piſcatur.

II. Ælianus hiſt. anim. lib. 1. c. 29. & lib. 15. alios multos piſcandi modos exhibet, ut foraminibus in glacie factis congelato flumine, quod, inquit, in Eridano facere ſolebant, ita ut in hamis eſca poneretur. Thymos capiendi modum exhibet extenſis magnis retibus. Piſcatores etiam in naviculis, in flumina, in lacus, in maria retia mittebant ut hodieque.

IV. Pline dit que dans la côte de mer du payis qu'on appelle aujourd'hui Languedoc en la Province de Narbonne près de Nîmes, il y a un étang qu'on appelle Latara, où les dauphins font des parties de pesche avec les hommes, & qu'en certain tems de l'année les mulets poissons passoient de l'étang de Latara dans la mer en si grande quantité, que les pescheurs ne pouvoient tendre leurs filets, parce qu'ils n'eussent pu soutenir leur pesanteur; & que quand le gros de ces poissons étoit entré, ils les tendoient, & appelloient avec de grands cris les dauphins qu'ils nommoient Simons. Les dauphins accoutumez à ce signal ne manquoient pas d'y venir en grand nombre, sur tout quand le vent du septentrion qui leur portoit la voix soufloit. Les dauphins rangez en bataille gardoient l'entrée de l'étang, tuoient les mulets qui s'échappoient, mais ne les mangeoient qu'après la victoire. Les Gaulois prenoient une quantité prodigieuse de ces mulets renfermez dans l'étang. Un grand nombre de gens accouroient au spectacle. Il arrivoit souvent que quand les pescheurs avoient retiré leurs filets, le combat recommençoit dans la mer plus fort que devant. Tout ceci est rapporté plus au long dans Pline; le passage est si obscur en certains endroits du latin, qu'on a peine d'en tirer un bon sens.

IV. Les Romains avoient de grandes piscines qui portoient ce nom du poisson qu'on y mettoit. Les maisons de campagne qu'on appelloit *villæ*, se vendoient plus ou moins cherement à proportion du poisson qui étoit dans les piscines. Caton étant devenu tuteur de Lucullus vendit tous les poissons qui étoient dans ses piscines quarante mille sesterces. Ils avoient aussi sur le bord de la mer des reservoirs d'eau de mer remplis de poissons, que Varron appelle *piscinas maritimas*. On y voioit plusieurs piscines jointes ensemble. Hirrius, dit Varron, avoit une si grande quantité de poissons, qu'il consumoit tous les ans pour leur entretien douze mille sesterces. Les dépenses que Lucullus fit pour les poissons passent tout ce qu'on a vu chez les Romains en ce genre. » Lucullus, dit Varron, perça une montagne proche » de Naples, & fit venir des rivieres d'eau de mer dans ses piscines, dont » les eaux alloient & revenoient des unes dans les autres, voulant aller de

---

III. De piscatu in Provincia Narbonensi solito, hæc singularia narrat Plinius 9.8. *Est Provinciæ Narbonensis & in Nemausensi agro stagnum Latara appellatum, ubi cum homine delphini societate piscantur. Innumera vis mugilum stato tempore angustis faucibus stagni in mare erumpit, observata æstus reciprocatione: qua de causa prætendi non queunt retia, quæ molem ponderis ullo modo tolerent, etiamsi non solertia insidietur tempori. Simili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite efficitur, locumque solum pandendis retibus habilem effugere festinat. Quod ubi animadvertere piscantes; occurrit autem multitudo, temporis gnara, & magis etiam voluptatis hujus avida; totusque populus e littore, quanto potest clamore conciet Simonem ad spectaculi eventum. Celeriter delphini exaudiunt desideria, aquilonum flatu vocem prosequente, austro vero tardius ex adverso referente: sed tum quoque improviso in auxilium advolant. Propere apparet acies, quæ protinus disponitur in loco, ubi conjectus est, pugna opponente sese ab alto: trepidosque in vada urgent. Tum piscatores circumdant retia, furcisque sublevant: mugilum nihilominus velocitas transilit. At illos excipiunt delphini, & occidisse ad præsens contenti, cibos in victoriam differunt. Opere prælium fervet, includique retibus se fortissime urgentes gaudent: ac ne idipsum fugam hostium stimulet, inter navigia & retia, natantesve homines ita sensim elabuntur, ut exitus non appareat. Saltu, quod est alias blandissimum his, nullus conatur evadere, ni summittantur sibi retia. Egressus protinus ante vallum præliatur: ita peracta captura, quos interemere diripiunt. Sed enixioris operæ, quam in unius diei præmium, conscii sibi, operiuntur in posterum: nec in piscibus tantum, sed intrita panis e vino satiantur.*

IV. Romani magnas piscinas habuere ex piscibus nomen habentes. Villæ plus minusve vendebantur ratione piscium, qui in piscinis earum servabantur. Cato cum tutor esset Luculli, pisces omnes qui in piscinis ejus erant quadraginta millibus sestercium vendidit. Etiamque in oris maritimis piscinas, ut vocat Varro, maritimas habebant marinis piscibus frequentatas: multæ ibi piscinæ simul junctæ visebantur. *Hirrius*, inquit Varro l. 3. de re rust. c. 17. *circum piscinas suas ex ædificiis duodena millia sestertia capiebat. Eam omnem mercedem escis, quas dabat piscibus, consumebat.* Quæ pro piscibus & piscinis expendit Lucullus ea omnia superant, quæ Romani alii eadem in re exhibuerunt. Ita namque Varro ibidem ait: *Ad Neapolim L. Lucullus postquam perfodisset montem, ac maritima flumina immisisset in piscinas,*

CHASSE DE L'OURS

CLXXXIV. Pl. a la 332 page T. III



Arc de Constantin


PESCHEURS A LA LIGNE
CLXXXV. Pl. a la 332 page T. III
Marbre de Rome
Maffei
Bonanni
Tome III 185

pair avec Neptune quant à l'abondance de la pesche. Il fit conduire les«
poissons qu'il aimoit dans des lieux plus frais, de peur que la chaleur ne«
leur nuisist; tout de même que les bergers de l'Apulie menent leurs trou-«
peaux sur les montagnes de la Sabine pour les garantir de la chaleur. Il avoit«
une si grande passion pour ces sortes de travaux, que voulant en faire de«
semblables à Baies, il donna la liberté à l'architecte de dépenser autant«
d'argent qu'il voudroit, pourvu qu'il fist par un canal souterrain la com-«
munication de ses piscines avec la mer. « Pline ajoute que Lucullus fit plus de dépense à couper cette montagne auprès de Naples, qu'à bâtir sa maison de campagne; qu'il fit un Euripe, & fit venir la mer dans ses piscines; & que pour cela le grand Pompée l'appelloit *Xerxès à la toge.*

---

quæ reciproca fluerent, ipse Neptuno non cederet de piscatu: factum esse enim ut amatos suos pisces videatur propter æstus eduxisse in loca frigidiora, ut Apuli solent pecuaria facere, quod propter calores in montes Sabinos pecus ducunt. In Bajano autem tanta ardebat cura, ut architecto permiserit, ut suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus e piscinis in mare. Adjicit Plinius Lucullum exciso etiam monte juxta Neapolim, majore impendio quam villam ædificaverat, euripum & maria admisisse, qua de causa magnus Pompeius *Xerxem togatum* illum appellabat.

CHAPITRE X.

I. Petits jeux: les osselets. II. Les dez. III. Differentes sortes de ce qu'on appelloit tesseræ. *IV. Les échecs. V. Procule proclamé Empereur en jouant aux échecs. VI. Qu'étoit-ce qu'on appelloit* alea? *VII. Le jeu qu'Ovide appelle* lapilli.

I. OUTRE ces grands jeux dont nous avons parlé ci-devant, il y en avoit de petits anciennement tout de même qu'aujourd'hui. Nous appellons petits jeux ceux qui étoient en usage dans les maisons; en quoi ils differoient des jeux publics. Les osselets, qui s'appellent en latin *tali* & en grec πεσσοὶ, sont fort anciens; Homere au commencement de l'Odyssée dit que les princes & les seigneurs qui recherchoient Penelope en mariage, s'exerçoient devant la porte de la maison à jouer aux osselets. Ces osselets étoient effectivement des os tirez du talon ou plûtôt de la cheville du pied; c'est pour cela qu'on les appelle au singulier *talus*, qui veut dire le talon. Quoiqu'originairement ce fussent des os, on en fit depuis sur la même for- Pl.
me d'ivoire, d'or & de cuivre; c'est de cette derniere matiere que sont les CLXXXV.
deux que nous donnons, dont l'un est du cabinet de M. l'Abbé Fauvel, & l'autre de celui de Brandebourg. On jouoit aux osselets tout de même qu'aux dez. Comme les côtez sur lesquels les osselets devoient naturellement tomber,

---

CAPUT X.

I. Ludi minores: tali. II. Tesseræ. III. Diversa tesserarum genera. IV. Latrunculi. V. Proculus imperator acclamatus dum latrunculis luderet. VI. Quid alea. VII. Ludus ab Ovidio dictus lapilli.

I. PRÆTER ludos illos majores de quibus pluribus egimus, ludi etiam minores erant ut hodieque: ludos minores dicimus eos, qui domestici erant, cum contra alii publici essent palamque magno strepitu exercerentur. Tali πεσσοὶ græce vocabantur, & vetustissimi sunt usus. Odysseæ initio Homerus ait Penelopes procos ante ædium ostium talis animum oblectavisse. Hi tali vera ossa erant ex talis seu potius ex malleolis pedum educta; ideoque & in singulari, *talus* dicitur. Etsi principio ossa essent, posteriori tempore eadem forma tali confecti sunt ex ebore, ex auro, ex ære; ex hac postrema materia sunt duo, quos proferimus, tali, quorum unus ex Museo D. Abbatis Fauvelii eductus est, alter ex Museo Brandeburgico: quia vero ea latera, in quæ con-

étoient reconnoiſſables & diſtinguez par des boſſes & des foſſe tes, on prenoit chaque côté pour un nombre different : d'autres croient qu'il y avoit des points ou d'autres marques qui diſtinguoient les côtez. Il n'y avoit, dit-on, que quatre côtez qui ſervoient au jeu.

II. Les dez étoient à peu près les mêmes que ceux d'aujourd'hui, comme on peut voir ſur ceux que nous donnons. Celui de M. l'Abbé Fauvel differe en cela des autres, qu'il n'a point de grand trou au milieu du nombre quatre. Beger ſoupçonne que le dez du cabinet de Brandebourg qu'il a publié, a ce grand trou par fraude ; il ne prétend pas deviner en quoi conſiſtoit la fraude ; mais il dit que de même qu'aujourd'hui pluſieurs ſe ſervent du vif argent qu'ils font adroitement entrer dans le dez pour le faire tourner du côté qu'ils veulent ; il pouvoit ſe faire auſſi qu'on ſe ſervoit de ce grand trou pour quelque fraude ſemblable. Mais comme celui du P. Bonanni, celui de M. de la Chauſſe, en un mot tous, hors celui de M. l'Abbé Fauvel, ont ce grand trou, il n'y a nulle apparence qu'il ait été fait par fraude : une fraude tant de fois repetée n'auroit pu tromper perſonne.

III. Une autre marque appellée *teſſera*, eſt un quarré long à quatre faces, fait de l'os de quelque animal. Les quatre faces ont l'inſcription qui ſuit,

1. SP. K. FEB.
2. M. SIL. L. NORB. COS.
3. FRUCTUS
4. SEXTI.

que M. de la Chauſſe interprete ainſi : *Spectavit Kalendis Februarii Marco Sileno & Lucio Norbano Conſulibus, Fructus Sexti* : c'eſt-à-dire que Fructus fils de Sextus gladiateur qui avoit reçu la baguete, & qui avoit acquis la liberté, a aſſiſté aux jeux comme ſpectateur, & non pas comme gladiateur, aux Kalendes de Fevrier, ſous le Conſulat de Marcus Silenus & de Lucius Norbanus. Cette marque n'a pas été faite pour jouer ; on ne la met ici avec les dez, que parceque M. de la Chauſſe les a tous mis enſemble.

La *teſſera* des deux poiſſons étoit ce qu'on appelloit *teſſera convivalis*, marque que l'on donnoit anciennement pour être reçu aux feſtins :

ſiſtere tali poterant, prominentias foſſaſque habebant, hæc pro numeris habita fuiſſe putantur, quamquam alii exiſtiment in talis puncta notaſque aliquas fuiſſe : hujus latera quatuor tantum in luſu valuiſſe putantur.

II. Teſſeræ eadem pene forma erant, qua hodieque ſunt, ut ex iis quas proferimus liquet. D. Abbatis Fauvelii teſſera ab aliis ea in re differt, quod in medio quaterni numeri magnum foramen non habeat, ut tres aliæ habent. Suſpicatur Begerus foramen illud majus in teſſera theſauri Brandeburgici fraude quapiam ſibi non nota factum, ut hodieque, ait, *indito argento vivo teſſerarum jactus ſibi obnoxios reddere ſolent*. Sed cum etiam Bonanni Cauſeique teſſeræ, atque ita omnes præter Fauvelianam hoc foramen habeant, nulla fraude factum fuiſſe ejuſmodi foramen credendum eſt ; cui enim uſui fraus toties repetita ?

III. Alia item nota, teſſera dicta, eſt quadratum oblongum ſolidum quatuor facierum ex oſſe cujuſpiam animalis factum : in quatuor illis faciebus habetur inſcriptio ſequens, ſicque diſpoſita.

1. SP. K. FEB.
2. M. SIL. L. NORB. COS.
3. FRUCTUS
4. SEXTI.

Quam inſcriptionem ſic legit V. Cl. Cauſeus : *Spectavit Kalendis Februarii Marco Sileno & Lucio Norbano Conſulibus Fructus Sexti* ; lectionem vero ſic interpretatur idem eruditus Cauſeus ; Fructus filius Sexti gladiator qui erat rude donatus, & qui libertatem adeptus erat, ludis interfuit ut ſpectator, non ut gladiator Kalendis Februarii, Conſulibus Marco Sileno & Lucio Norbano. Hæc teſſera non ludendi cauſa facta eſt : hic tamen cum aliis teſſeris ponitur, ut a Cauſeo poſitæ fuerant.

Teſſera duorum piſcium illius generis erat, quod vocabant ſortem convivalem, notam videlicet dari ſolitam iis qui in convivium admittebantur ; ſic ex-

ainſi

ainsi l'explique M. de la Chausse fondé sur un passage de Tite-Live, qui dit que le Consul donna la marque afin qu'on donnât à diner au soldat; & sur cet autre de Lampridius, qui dit d'Elagabale: » Il avoit les sorts ou les « marques des convives décrites sur des cuillers, en sorte que l'un devoit « avoir dix chameaux, l'autre dix mouches; l'un dix livres d'or, l'autre dix « livres de plomb; l'un dix autruches, l'autre dix œufs de poule; en sorte « que c'étoient de véritables sorts, & que chacun tentoit sa destinée. Il en « usa de même pour les jeux, mettant pour les sorts dix ours, dix loirs, dix « laitues & dix livres d'or. C'est lui qui établit le premier la coutume des « sorts, que nous voions regner encore aujourd'hui. « Nous avons ici traduit le mot *exhiberet* selon le sens que la suite semble demander; c'étoient les convives qui avoient au sort les dix chameaux, ou les dix mouches, ou les dix livres d'or, & qui tentoient ainsi leur destinée; car tel y entroit pauvre, qui en sortoit riche; les uns gagnoient beaucoup, les autres ne rapportoient que des mouches. La marque du lion que nous donnons après Beger étoit destinée pour la même fin. Il y avoit d'autres sorts ou *tesseræ*, où l'on écrivoit des sentences; tels étoient ceux que nous donnons après Beger, sur l'un desquels on lit *de vero falsa ne fiant judice falso*, Que le vrai ne devienne pas faux par la malice du juge: & sur l'autre, *fauste vivas*, Vivez heureusement.

La grande *tessera* de Lucius Veratius est assez difficile à expliquer; l'inscription se doit lire ainsi: *Tesseram paganicam Lucius Veratius felicissimus patronus paganis pagi Tolentines hostias lustrales & tesseram æream ex voto libens dedicavit*, ou *dono dedit*, *quinto idus Maias feliciter.* Cela veut dire que Lucius Veratius patron (cela signifie souvent maitre ou seigneur) a donné aux habitans du bourg de Tolentin des victimes lustrales pour l'expiation, & une *tessera* qu'il appelle *paganica* par rapport à ce bourg, qui est ici nommé *pagus*; & cela par un vœu fait le cinquiéme jour avant les ides de Mai, qui est le onze du même mois, au tems où l'on prioit les dieux pour les moissons, & où l'on sacrifioit des victimes pour leur conservation, comme le prouve Holstenius fondé sur l'ancien Calendrier rustique. Ces hosties ou victimes lustrales étoient le cochon, le belier & le taureau, comme nous l'avons dit dans les *Suovetaurilia* au second tome. La femme dont le buste est audessus de cette *tessera*, est à ce qu'on croit, ou la femme, ou la fille

---

plicat eruditus Causeus, adductis in rei fidem T. Livio & Lampridio quorum prior lib. 9. ait: *Consul tesseram dari jubet, ut prandeat miles.* Lampridius vero in Elagabalo: *Sortes sane convivales scriptas in cochlearibus habuit tales, ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem struthiones, alius decem ova pullina, ut veræ sortes essent, & fata tentarentur. Quod quidem & ludis suis exhibuit, cum & ursos decem, & decem glires, & decem lactucas, & decem auri libras in sorte habuit, primusque hunc morem sortis instituit, quem nunc videmus.* Decem itaque convivæ sorte referebant aut decem camelos aut decem muscas, aut decem libras auri, atque ita fatum suum tentabant; nam qui pauper intrabat, dives quandoque egrediebatur: alii multum lucri referebant, alii muscas tantum. Tessera item leonis, quam postea damus, eidem erat usui deputata. Aliæ erant tesseræ sive sortes in queis sententiæ scribebantur, ut erant illæ tesseræ quas hic post Begerum damus.

Magna tessera Lucii Veratii non facilis explicatu est, inscriptio sic legatur oportet: *Tesseram paganicam Lucius Veratius felicissimus patronus paganis pagi Tolentines hostias lustrales, & tesseram æream ex voto libens dedicavit, vel dono dedit, quinto Idus Maias feliciter.* Illis significatur Lucium Veratium patronum sive dominum pagi Tolentines paganis victimas lustrales ad expiationem dedisse, necnon tesseram, quam paganicam vocat, pagi illius causa; illudque ex voto emisso quinto Idus Maias, sive undecima die illius mensis; quo tempore messis causa dii placabantur, victimæque mactabantur, ut ea conservaretur, ut probat Holstenius ex veteri Kalendario rustico. Hæ victimæ seu hostiæ lustrales erant sus, aries & taurus, ut diximus tomo secundo in Suovetaurilibus. Mulier cujus protome supra tesseram, est forte aut uxor aut filia Lucii Veratii; sic suspicantur nonnulli; vel fortasse Juno paganica, quod verisi-

de Lucius Veratius, comme le ſoupçonnent quelques-uns; ou peutêtre Junon *paganica*, ce qui a plus d'apparence; car quoiqu'on ne trouve pas ailleurs cette épithete ſur Junon, on la trouve ſur Jupiter, *Jupiter paganicus*.

IV. Un autre jeu qu'on appelloit *latrunculi* ou *latrones*, le jeu des larrons, étoit à peu près ce qu'on appelle aujourd'hui les échecs; c'étoient des marques & comme des dez de differente couleur pour marquer les deux partis. Il y avoit de chaque côté un Roi ou un Empereur, qui ne marchoit que dans les neceſſitez urgentes; ceux de chaque parti étoient appellez indifferemment ſoldats ou larrons: c'étoit une image de la guerre, il y avoit des combats & des attaques; celui-là étoit le vainqueur, qui pouvoit prendre tous les ſoldats de ſon adverſaire. Le Roi ne pouvoit jamais être pris, mais quand tous ſes ſoldats étoient tombez entre les mains des ennemis, il étoit regardé comme vaincu. Selon Saumaiſe la table ſur laquelle on jouoit, étoit toute marquée par des lignes, enſorte que chaque échec avoit ſa place marquée: ces places étoient appellées par les Grecs *polis*, qui veut dire ville, ou *chora*, qui ſignifie une region ou un lieu. Celui-là étoit vaincu à qui il ne reſtoit plus qu'un lieu pour ſe mettre: celui qui attaquoit le lieu d'un autre, étoit cenſé donner l'aſſaut à la ville ou à la place: le Roi qui avoit tout perdu, étoit réduit *ad incitas*, c'eſt-à-dire à un lieu où il ne pouvoit plus ſe remuer. C'étoit un jeu des échecs que celui auquel jouoit Neron ſur un *abacus*; les marques du jeu étoient des quadriges d'ivoire, ou des chars tirez à quatre chevaux.

V. Procule ſelon Oneſime fut fait Empereur du tems de Probus, en jouant aux échecs: il fut dix fois Empereur à ce jeu, après quoi un bouffon qui étoit préſent lui dit, *Je vous ſalue Auguſte*; il lui mit la pourpre ſur les épaules, & ſe proſterna devant lui. Ceux qui étoient préſens craignant d'être punis de ce jeu comme d'un attentat, rendirent l'affaire ſerieuſe, ſolliciterent l'armée, & le firent proclamer Empereur: mais il fut bientôt opprimé par l'Empereur Probus.

VI. Ce qu'on appelloit *alea* étoit un nom generique qui s'étendoit ſur tous les jeux de hazard; le nom ſignifie auſſi le hazard même; il ſe prend aſſez ordinairement pour le jeu de dez. Suetone dans la vie de Claude dit que cet Empereur fit un livre ſur l'*alea* ou ſur les jeux de hazard.


---

milius videtur: etſi enim hoc Junonis epitheton alibi non occurrat, occurrit tamen in Jove, qui nonnunquam vocatur Jupiter paganicus.

IV. Alius ludus cui nomen latrunculi aut latrones, idipſum pene erat, quod hodie *echecs* vocamus; erant ſigna & quaſi teſſeræ varii coloris, quibus duæ partes ludentes diſtinguebantur. Ex utraque parte rex erat vel imperator, qui nonniſi inſtante neceſſitate movebatur aut incedebat. In utraque parte ſinguli aut milites aut latrones vocabantur. Erat imago belli; ibi certamina & oppugnationes. Ille victor erat qui omnes adverſarii ſui milites capere poſſet. Rex capi nunquam poterat: ſed captis omnibus ſuarum partium militibus, victus habebatur. Vult Salmaſius menſam illam luſoriam lineis notatam fuiſſe, ita ut latrunculus quilibet locum ſuum aſſignatum haberet. Hæ notæ a Græcis vocabantur πόλις urbs, vel χώρα regio vel locus. Ille victus erat, cui unus ſupererat locus: qui locum alterius oppugnaret, urbem aut ſedem oppugnare cenſebatur. Rex qui omnia perdidiſſet, *ad incitas* redactus dicebatur, id eſt ad locum unde amoveri non ultra poterat. Latrunculorum luſui Nero operam dabat, cum quadrigis eburneis in abaco luderet, ut ait Suetonius in Nerone cap. 22.

V. Proculus, teſte Vopiſco in Proculo, *in imperium vocitatus eſt ludo pene & joco, ut Oneſimus dicit. Nam cum in quodam convivio ad latrunculos luderetur, atque ipſe decies imperator exiſſet, quidam non ignobilis ſcurra: Ave, inquit, Auguſte; allataque lana purpurea, humeris ejus junxit, eumque adoravit: timor inde conſciorum, atque inde jam exercitus tentatio & imperii.* Sed paulo poſtea Proculus a Probo imperatore oppreſſus eſt.

VI. Alea genericum nomen eſſe videbatur ad ludos univerſos indicandos ubi caſu fortuitoque res incidunt, ipſeque fortuitus caſus alea eſt: pro teſſerarum etiam luſu frequenter accipitur. Suetonius in vita Claudii, ait illum imperatorem de alea librum ſcripſiſſe.



OSSELETS, DÉZ, TESSERÆ, SORTS
CLXXXVI. Pl. a la 336 page T. III
l'A. Fauvel
Beger
Beger
Bonanni
Mr. Foucault
TESSERÆ
SP·K·FEB·
FRVCTVS
TESSERAM·PAGA
NICAM·L·VERA
TIVS·FELICISSI
MVS·PATRONVS
PAGANIS·PAGI
TOLENTINES·HOS
TIAS·LVSTRET·TESSR
AER·EX·VOTO·L·DD
V·ID·MAS·FELICIT·
La Chausse
Beger
DE VERO FALSA NE FIANT
IVDICE FALSO
FAVSTE
VIVAS
Tome III 186
Beger

VII. Ovide parle d'un jeu qui pourroit ſe ranger parmi les *teſſeræ*, & en faire une eſpece, & qu'il appelle *lapilli*. Quelques uns ont lu *capilli*; mais la premiere leçon paroit plus autoriſée & plus conforme au ſens. Il dit qu'on mettoit trois petites pierres ſur une tablette, & que celui dont les pierres ſe touchoient étoit le vainqueur. Il paroit que c'eſt le ſens : & voici comme je crois que cela ſe pouvoit faire : chacun des joueurs jettoit à certaine diſtance trois petites pierres ſur une tablette, & celui-là gagnoit, dont les pierres ainſi jettées ſe touchoient.

VII. Ovidius ludum commemorat, qui teſſerarum genus eſſe poſſit : eum ludum *lapillos* ille vocat; capillos legere quidam ; ſed prior lectio ſincera, eamque ſenſus poſtulat. Sic ille Triſtium 2. v. 481.

Parva ſedet ternis instructa tabella lapillis,
In qua viciſſe eſt continuaſſe ſuos.

Tres, inquit, lapilli in tabella ponebantur, eumque cujus lapilli continuabantur victorem eſſe dicit. Hunc puto ſenſum eſſe, & hoc pacto rem fieri potuiſſe intelligo. Singuli ludentes ex aſſignato loco tres lapillos in tabellam conjiciebant, & is poſt cujus jactum tres lapilli ſeſe mutuo contingerent aut *continuarent*, victor erat.





LIVRE V.

Les arts, ou les instrumens des arts.

CHAPITRE PREMIER.

I. Trois choses à considerer dans les arts. II. L'architecture & ses forces mouvantes. III. Instrumens de l'architecture. IV. Ligamens de cuivre, de fer & de bois mis dans les édifices. V. Autres images qui regardent l'architecture. VI. Instrumens des ouvriers en fer & en bois.

I. IL y a trois choses à considerer dans les arts, les preceptes, les instrumens & les ouvrages. Nous ne voulons pas ici parler des preceptes des arts; car outre que cela est audessus de notre portée, cela demanderoit un ouvrage aussi gros que ce recueil: pour ce qui est des ouvrages des arts, c'est ce qui fait le sujet de tout ce livre; toutes les figures que nous avons données, & que nous donnerons dans la suite, ne sont autre chose que les ouvrages de differens arts; & comme il n'est point ici d'image qui originairement n'appartienne à quelque art, il est tres-peu d'arts dont il n'y ait quelque ouvrage représenté. Nous parlons ici des instrumens de chaque art en particulier, & nous nous attachons principalement à ceux dont la forme s'est conservée dans les anciens monumens.

II. L'architecture étoit celle qui en avoit le plus grand nombre; car outre qu'on y peut joindre d'autres arts subalternes, comme ceux de la ferrerie, menuiserie, charpenterie, dont plusieurs instrumens étoient communs à tous; elle avoit anciennement des machines & des forces mouvantes merveilleuses, pour élever des colonnes, des obelisques & un nombre infini d'autres masses d'un poids énorme.

Tout le monde sait la peine qu'eut le Cavalier Fontana habile architecte à élever dans la place de Saint-Pierre l'obelisque qu'on y voit présentement.

LIBER V.

De artibus, sive de instrumentis artium.

CAPUT PRIMUM.

I. Tria in artibus consideranda. II. Architectonice ejusque organa majora. III. Instrumenta architectonices. IV Ligamina ænea, ferrea, lignea in ædificiis posita. V. Aliæ imagines architectonicen spectantes. VI. Instrumenta ferrariorum & lignariorum.

I. IN artibus tria consideranda, nempe præcepta, instrumenta & opificia. De artium præceptis hic sermo non est; nam præterquam quod id nostram exsuperat facultatem, ad eam rem accurate tractandam non minor hoc toto opere liber desideraretur. Quod spectat autem ad artium opera seu opificia; in ea re totum hoc opus versatur, omnia quæ jam protulimus, quæque postea proferemus, schemata, variarum sunt artium opificia; cumque nulla hic imago occurrat, quæ non ad aliquam artem pertineat, paucæ sunt artes quarum opificia in hoc opere non repræsentaverimus. Hic de instrumentis artium singularum agimus, deque iis maxime, quorum figura in veterum monumentis servatur.

II. Architectura majore instrumentorum numero exercebatur: nam præterquam quod ei subjungi possunt aliæ artes inferiores, ut ferraria, fabrilis, lignaria, quarum instrumenta multa erant omnibus communia, machinis illa gaudebat & organis ad stupendas erigendas moles, columnas, obeliscos, & alia id genus.

Quanto labore eques Fontana egregius architectus insudavit, ut in platea S. Petri obeliscum, qui nunc ibidem visitur, erigeret, ignorat nemo. Machinæ illius,

On a conſervé le deſſein de la machine dont il ſe ſervit, on l'a gravée, & nos architectes la regardent avec admiration. Mais qu'étoit cet obeliſque en comparaiſon de ces ſtatues coloſſales de plus de cent pieds de haut, du Coloſſe de Rhodes, & même de l'obeliſque qui eſt devant Saint-Jean de Latran, beaucoup plus grand que celui de Saint-Pierre, & qui ſeroit encore couché à terre, s'il n'avoit été caſſé en pluſieurs tronçons; ce qui donna la facilité de l'élever par parties, en rapportant les pieces qu'on fit monter l'une après l'autre. Toutes ces machines ſont perdues; quand on veut guinder des poids audelà de l'ordinaire, il faut travailler ſur nouveaux frais à trouver des machines, qui coûtent ſouvent plus que l'ouvrage même, quoiqu'il n'approche point de ces énormes maſſes que les anciens élevoient. Les injures du tems nous ont privé de ces belles inventions. Il ne nous reſte de tout cela que les machines dont on ſe ſervit pour lever l'obeliſque & les colonnes de l'hippodrome de Conſtantinople: mais cela eſt repréſenté ſi imparfaitement que je ne ſai ſi on y pourra rien comprendre. PL. CLXXXVII.

III. Venons aux inſtrumens que les anciens monumens nous ont conſervez, & commençons par ceux du tombeau de Coſſutius, communs à l'architecture & aux autres arts ſubalternes. On y voit la regle, l'équerre, deux ſortes de compas, dont l'un a les jambes droites, & l'autre courbes. On voit auſſi le plomb & quelques autres inſtrumens tant ici qu'à l'autre image qui eſt auprès. Les inſtrumens de la monnoie ſont audeſſous, tels qu'on les voit dans les medailles.

Nous mettons ici une eſpece de hache en équerre du cabinet de M. Foucault. On en voit une ſemblable dans une image du dieu Silvain au premier tome. Nous y ajoutons des ciſeaux à tailler la pierre, tirez de pluſieurs cabinets; quelques-uns de ces ciſeaux ſont de cuivre. Il eſt à remarquer que les anciens avoient une trempe particuliere pour le cuivre, qui le durciſſoit comme le fer. Ils emploioient ce cuivre ainſi préparé à faire des inſtrumens qu'on fait ordinairement de fer ou d'acier; ils en faiſoient des clous & même des armes, comme nous dirons plus bas. PL. CLXXXVIII.

IV. On ſe ſervoit auſſi de lames de cuivre pour aſſurer les aſſiſes de pierre, & les joindre les unes aux autres dans les murs, en ſorte que deux trous faits de niveau dans les deux pierres qu'on vouloit joindre, recevoient ce morceau de cuivre qui y entroit à force, & qui retenoit les deux pierres enſemble.

---

